(Phil.)

1864

M33

7524

MARINI
VITA PROCLI

PROSTAT

LONDINI
APVD W. H. LVNN

LVGDVNI BATAVORVM
APVD S. ET I. LVCHTMANS
— A. ET I. HONKOOP

ROMAE
APVD MARIANVM DE ROMANIS

FLORENTIAE
APVD GVILIELM. PIATTI

HAMBVRGI
IN LIBRARIA BOHNIA

VIENNAE
APVD C. SCHAVMBVRG ET SOC.

PARISIIS
APVD DE BVRE PATR. ET FIL.
— FR. SCHOELL
— A. A. RENOVARD
— TREVTTEL ET WÜRZ.

ΜΑΡΙΝΟΥ ΠΡΟΚΛΟΣ

MARINI
VITA PROCLI

GRAECE ET LATINE

AD FIDEM LIBRORVM MANVSCRIPTORVM

RECENSVIT

ADNOTATIONESQVE ET INDICES

ADDIDIT

IOH. FRANC. BOISSONADE

LIPSIAE

SVMTIBVS IO. AVG. GOTTL. WEIGELII

CIƆIƆCCCXIV.

B701
.Z7M3

18061

ADAMANTIO CORAYO

SMYRNENSI

VIRO EXIMIO

D. D.

EDITOR

PRAEFATIO.

Dum meus ſub prelis Leidenſibus languet Eunapius, cogitavi de edendo alio hiſtoriae philoſophicae auctore, nec ignobili, Marino, qui Procli vitam ſcripſit non indiligenter, et quem, poſt Fabricium, nemo fuerat editione dignatus. Hoc conſilium quo magis viris doctis probarem, Marini opuſculum praemittere volui inedito Procli in Cratylum commentario, quem in meos uſus deſcripſeram; eo prorſus modo, quo olim Portus Procli Theologiae Platonicae Marinianum hunc libellum prodromum fecerat. Sed Portus nullam Marino, qui nec integer tum ferebatur, curam impendit, ego multam. Res per Baſtium, quo tunc amico gaudebam, quem nunc morte ademtum maxime deſidero, fuit cum Weigelio communicata, cui ſtatim placuit. Nam illi, quippe

doctiſſimo, ſemper placet quidquid rem literariam iuvare poteſt. Sed dum, ut fit, morae nectuntur et typographicus labor de die in diem procraſtinatur, coeperunt fervere ſtudia eruditorum hominum in Platone recenſendo; et Weigelius, ipſe novae Philoſophi recenſionis redemtor, id duxit in rem ſuam eſſe, ut Proclus ille meus a Marino, cui tam commode adhaerebat, divelleretur, et aliis commentatoribus, cum editis tum ineditis, comes daretur, quibus ea quam meditatur Platonis editio ornata brevi prodibit. De hac rationum noſtrarum mutatione Weigelius quid ſentiret mihi aperuit, perſuaderique mihi facile ſum paſſus, non ſuſtinens aliquid viro honeſtiſſimo negare; et ſic Marinus ingreditur ſolus, propriis duntaxat invitaturus ad ſe lectores dotibus, quae non ſunt multum conſpicuae, et editoris ſui notulis, quas vellem eſſe eruditiores. Caeterum in hac laboris mei parte, quod diligentia conſtabat, neutiquam neglexi. Auctoris verba ut recenſerem, omnia quae potui librorum, cum typis excuſorum tum manu ſcriptorum, praeſidia mihi ſedulo

comparavi. Editiones habui, non omnes quidem, ſed nobiliores; Tigurenſem, Porti Hamburgenſem, Lugdunenſem anni 1626, Fabricianam, Londinenſem, inter quas eminet Fabriciana. Tigurenſis, anni 1558, omnium eſt prima, et Latinam verſionem habet adiunctam, *innominato interprete*, cum duodecim eiusdem notulis, parvi quidem momenti, ſed quas repetendas duxi, ne illarum memoria periret. Etenim bis tantum, puto, fuerunt excuſae; primum in hoc rariſſimo Tigurenſi libro, deinde in Lugdunenſi verſionis Latinae absque textu editione anno 1559 vulgata, nec minus rara. De hoc innominato interprete cum nihil reperirem, Morellium adii, praeſtantiſſimum Bibliothecae Marcianae praefectum, in hiſtoria literaria regnantem; a quo id accepi reſponſum: „Interpres Latinus „quinam fuerit, cum Fabricio ignoro. Cepiſſe „ille videtur fructum quem optabat ſuaé de no„minis occultatione ſollicitudinis; quandoqui„dem teſtatur Conr. Gesnerus in Epiſtola ann. „1562 ad Guillelmum Turnerum de libris a „ſe editis, Tiguri impreſſa ann. 1566 cum vita

„Gesneri auctore Iosia Simlero, *se Antonini* „*et Marini libros Andreae patrueli anno* „1558 *excudendos dedisse, una cum trans-* „*lationibus latinis, in Antonini quidem li-* „*bros Guil. Xylandri, in Marini vero Pro-* „*clum, amici cuiusdam nostri, iuvenis* „*pereruditi, qui prae modestia nomen suum* „*exprimi noluit.*" Portus contextum versionemque Tigurensem Platonicae Procli Theologiae praemisit, quam Hamburgi edidit anno 1618, laborique suo, ut supra monui, prorsus pepercit. Nec maior fuit industria bibliopolae Lugdunensis *Francisci de la Bottiere,* qui Marinum, anno 1626, excudendum curavit. Sed qui successit, anno 1700, Fabricius rem melius, etsi non optime, administravit. Cum Marini liber dimidia fere parte mancus in hominum manibus versaretur, quod ad integritatem deerat supplevit ex codicis Gudiani apographo, cuius ipsi copiam Scherzerus fecerat, supplementum Latine vertit, notasque adiecit et prolegomena. At viri incomparabilis in hac opellula summa fuit negligentia; multa imprudens omisit, absurdis-

ſimas lectiones vel propoſuit vel ſecurus reliquit: quod noto, non ut viri praeſtantiſſimi laudibus detraham, quae invidia procul eſt ab ingenio meo, ſed ut quod verum eſt dicam, lectoresque, ubi ipſe peccavero, aequiores habeam, cum Fabricius ille non ſit a culpa vacuus. Nemo, quem noverim, poſt Fabricium ad Marinum acceſſit; Londinenſis enim editio, anni 1703, mera eſt Fabricianae repetitio. Ex hoc editionum recenſu videre eſt, duas ſolummodo criticum poſſe uſum praebere; Tigurenſem principem et Fabricianam. Ad codices confugi, unde maius mihi praeſidium ſperabam; et ſtatim de Gudiano, quo Fabricius fuerat uſus, et quem nunc poſſidet Bibliotheca Guelferbytana, coepi cogitare. Conferendi laborem G. H. Schaeferus, quem meum nominare et gaudeo et glorior, in ſe recepit ultro, et excerptam mira cum diligentia lectionis varietatem ad me transmiſit, adſperſis hinc inde notulis, quas repraeſentavi. Egregiam Marino opem tulit hic codex; nam non pauca, quae vel Scherzerus, vel Fabricius prave ſcripſerat, in autographo rectius ſe ha-

bent. Guelferbytanus codex notatus eſt *num.* 78. *Graec.;* forma chartae eſt quaternaria, ipſaque charta vulgaris, manusque recentiſſima. „Niſi me omnia fallunt," (verba ſunt Schaeferi) „ipſe Gudius peregrinans ſcripſit, „fortaſſe ſequens Italicum codicem. Quid ſi „Mediceus fuit?" Quae coniectura eſt veriſſima. Etenim in primo folio haec leguntur: *Scamn. LXXXVI. Num.* 3. *Codex in charta bombycina in* 4*to, et praemittitur Iamblichus de Vita Pythagorae optime et emendate ſcriptus;* et codex Mediceus, quem in meum uſum humaniſſime contulit vir doctiſſimus Franc. de Furia, Bibliothecae Laurentianae ac Maruccellianae praefectus, notatur *Plut. LXXXVI. cod. III.* et inter alia Iamblichi Pythagoram continet. Iam patet Gudianum librum eſſe Medicei apographum: quod et olim adnotaverat Gudiani catalogi editor p. 542. Mediceus eſt papyraceus ſeculoque XIV. deſcriptus, ut Bandinius monuit; monuit me et alia Morellius in datis ad me literis officii pleniſſimis, quarum hic particulam deſcribam: „Ad codicis Medicei commendationem

„faciunt haec Holſtenii verba in catalogo „codd. illorum, quem cum alio Wilhelmi Lan- „gii ſimul ſcripto, ex Bibliotheca Burman- „niana mihi iam diu comparavi: *Scamn.* „*LXXXVI. no.* 3. *Iamblichi de Vita et Phil.* „*Pythagorica libri IV, qui ex IX ſuperſunt,* „*ut ex indice huic operi praefixo apparet,* „*4to mai. Subiungitur Vita Procli Lycii* „*auctore Marino, eius ſucceſſore, cuius di-* „*midia pars tantum edita fuit. Hic codex* „*omnium quotquot vidi (vidi autem et* „*contuli plures) optimus eſt et correctiſſi-* „*mus: quod aliquando reipſa patebit.* Sic „habet ſincerus Holſtenii textus, non vitiatus „et mutilus, qualem Lilienthalius exhibuit in „Selectis Hiſtoricis et Litter. ann. 1715. Re- „giomonti et Lipſiae impreſſis T. I. p. 112.“ Maximas, quas par eſt, Furiae, viro benigniſ- ſimo, gratias ago, quod mea ſtudia tam egre- gio ſubſidio iuvare voluerit; nec inornatum ſilebo, quem ſibi ſocium laboris adſumſerat, virum Graece eruditiſſimum Gasparum Ben- cinium. Aeque promtam experiri mihi con- tigit Ioſephi Vernazzae, celeberrimi Taurinen-

ſis Bibliothecae praefecti, voluntatem, qui, cum non poſſet conferri, ob exempli Fabriciani defectum, codex Taurinenſis, integrum a capite ad calcem exprimendum in charta perlucida curavit, ita ut codicis totius *fac ſimile*, (quod nunc dicimus) immo ipſum quaſi codicem tractare potuerim. Stupendae hoc induſtriae miraculum debeo viro iuveni Carolo Ioſepho Ludovico Coſtae Caſtronovano ad Scriviam, qui ſtudio, cuius egregia vidi ſpecimina, pari artes et literas colit. Codex igitur Taurinenſis recenſetur in Catalogo Manuſcriptorum Regii Taurinenſis Athenaei T. I. p. 214, hiſce verbis, inter alia quae, brevitatis cauſſa, omitto: *Codex CVII. chartaceus, ſaeculi XVI., conſtans foliis* 81, *olim Andreae Darmarii.* Haſius, cuius eruditionem ſuſpiciunt omnes qui ſunt eruditi, legendum ſibi videri *Darbarii*, non *Darmarii*, mihi ſignificavit; me docens inſuper, Andream Darbarim, Andronici Iunioris protoſpatharium, multos poſſediſſe libros manuſcriptos, quorum non pauci, ipſius nomine manu ipſius exarato inſigniti, nunc in Bibliotheca Pariſina

ſervantur. Quae ſi vere ſunt animadverſa, ſequitur codicem hunc eſſe duobus ſaeculis antiquiorem. Penes eos erit iudicium, qui codicem poſſunt inſpicere. Duos autem e Bibliotheca Pariſina codices nactus ſum: Coiſlinianum alterum, optimae notae, membranaceum, et, indice Monteſalconio, X. circiter ſaeculi; Vaticanum alterum, no. 1197., chartaceum, ſaeculo XVI. exaratum, et in capite vigeſimo ſecundo, ut caeterae ante Fabricianam editiones, deficientem. Hae fuerunt meae in conſtituendis Marini verbis copiae, quibus num apte fuerim uſus, iudicent eruditi: caeteros non moror; illis non ſcripſi, et ſi curam in iſtis criticis rebus poſitam ridebunt, ſuam ipſis ſapientiam non invideo. Animadverſionibus meis, praeter illas interpretis Latini ſupra memoratas, Fabricianas etiam inſerui; nam liber Fabricii eſt rariſſimus, et ſi ad eas lectores remitterem, verendum erat, ut reperire poſſent. Nec alia cauſſa fuit, cur *Prolegomena* viri egregii denuo excudi curaverim. Caeterum ſunt lectu digniſſima, et ibi de Marino et Proclo multa docte dispu-

tata inveni, quae mihi nolenti nunc in hunc campum excurrere otium fecerunt. Quod Latinam verſionem ex editione Fabriciana repetiverim, rem quidem feci parum hac aetate dignam, qua talia legendi auxilia ſordent, et ab iſto praeſertim auctore alienam, quem eruditi homines fere ſoli cognoſcere cupient; ſed culpa ſi qua fuerit, in optimum Weigelium totam confero, qui huiusmodi additamentum utiliſſimum fore putavit, et, licet non perſuaſerit, ut de Procli Cratylo, tamen ſuo iudicio fruitur. Antequam autem lectores ad Marinum et meas notas dimittam, eos monitos volo, Schaeferum, quae ſumma eſt eius humanitas, plagularum a prelo exeuntium legendarum onus non detrectaviſſe, et illas accuratiſſime correxiſſe, accuratius profecto quam ego meis ipſe oculis uſus facere potuiſſem. Scripſi Pariſiis, Octobr. MDCCCXIII.

IO. ALB. FABRICII

EPISTOLA

AD

RIGH. BENTLEIUM.

REVERENDO ET CLARISSIMO VIRO

RICHARDO BENTLEIO,

ANGLIAE VARRONI,

IOHANNES ALBERTUS FABRICIUS S.

Quam Procli vitam integram promiſerunt multi edere, plures legere optaverunt, nunc denique felici ſidere, in dias luminis auras, profero. Nulli eam conſecrandam magis duxi quam Tibi, quia tuam iam pridem eruditionem admiratus et ex ſcriptis tuis patrio latinoque idiomate editis non pauca praeclara edoctus, volui extare publicum aliquod teſtimonium obſervantiae in Te meae. Tanta porro humanitate mihi eſſe videris, ut fruſtra inſumturus ſim verba, quibus hoc quicquid eſt apud Te excuſem. Tam quoque ipſe procul habeo adulationem et temeritatem, ut nec prolixis Te laudibus in praeſenti onerandum putem, et nomen tuum perpetua colíturus ſim veneratione. Vale, vir doctiſſime, ac de bonis literis, quod facis, egregie mereri perge. Scripſi Hamburgi prid. Nonar. April. Anni Chriſtiani 1700.

PROLEGOMENA
IO. ALB. FABRICII.

Antequam te, Lector, quisquis es, erudite et benevole, ad Philosophum ipsum, qui tibi libello praesenti describitur, dimittam, pauca quaedam praefanda sunt, quae forte non ab re fuerit te moneri. Prior pars vitae Procli, quam vides, a Marino scriptae, iam pridem lucem adspexit, edente*) Guilielmo Xylandro, viro optimo et doctissimo, a quo cum versione nescio cuius autoris subiecta est praeceptis moralibus Marci Antonini, quibus se ipsum in virtutis studio alacriorem reddere olim voluit ille Philosophorum Imperator. Eandem priorem partem cum eadem versione sex Procli libris de Platonica Theologia praefixit **) Aemilius Portus. Ab eo tempore, tum Lucas Holstenius, vir summus, tum alii non pauci nostra patrumque memoria viri docti alteram eamque praestantissimam partem, quae in Xylandri et Porti editionibus desideratur, nacti, edendae illius spem fecerunt. Cum vero, sive fato, sive aliis de causis, prohibiti illi fuerint, quo minus promissis stare possent, tanto maiorem gratiam me hac editione apud viros eruditos initurum speravi, quanto plurium votis hoc Ma-

*) Graece et lat. Tiguri 1599. 8. [Cf. Bibl. Graec. t. IX. p. 363.]

**) Hamburgi 1618. fol. Praeter has editiones vitae Procli catalogus Bodleianus memorat etiam Lugdunensem Anni 1626. 8. [Exstat revera haec editio. Marinus subiectus est M. Antonini Commentariis, textu et versione repetitis ex editione Xylandrina; sed omissae sunt notae latini Interpretis.]

rini scriptum integrum desideratum fuisse intelligebam. Igitur cum partis ineditae apographum Graecum ex codice praestantissimo Gudiano [quem nunc possidet bibliotheca Guelferbytana] mecum ante aliquot menses communicasset *Henricus Volckmarus Scherzerus*, Theologi celeberrimi τοῦ μακαρίτου filius, statim de illo latine vertendo vulgandoque consilium cepi, indignum ratus, ut tam eximium antiquitatis monumentum, etsi commentis quibusdam incredibilibus hinc inde adspersum, diutius cum tenebris luctaretur. Prioris partis versionem veterem servavi, nisi quod paucis quibusdam in locis, in quibus a sententia Marini longius recedere mihi interpres visus est, eam duxi emendandam, quod in notis, quas toti libello adieci, brevibus diligenter moneo. Eleuchum scriptorum Procli denique subiunxi *), veluti specimen quoddam exiguum *Bibliothecae Graecae*, quam in publicos studiosorum usus iampridem paro et instruo, et prelis quam primum subiicere Deo propitio constitui. Nunc pauca quaedam praemittam, primum de Marino, tum de gente, aetate, magistris ac successoribus Procli, denique de septem gradibus virtutum, quibus praestitisse praeceptorem suum affirmat celebratque Marinus.

I. DE MARINO NEAPOLITANO.

Autor huius vitae Marinus Procli discipulus, et in cathedra Atheniensi successor, Isidorique **) tum in Philosophia Aristotelica tum in Mathematicis disciplinis magister, patria fuit Neapolitanus, ex Flavia Neapoli Samariae sive Palaestinae prope montem ***) Garizim †),

*) [Hic Elenchus in hac editione fuit omissus. Nunc legitur amplior et accuratior in Bibliotheca Graeca t. IX. p. 373.]

**) Vide Photium pag. 231. et 550. edit. Hoeschelii.

***) Id. pag. 562.

†) [Confer. Itiner. a Burdig. edit. a Wesseling. p. 587.]

de qua urbe videndi Henricus Noris in dissertatione quinta de Epochis Syro-Macedonum, et Ioh. Harduinus in numis antiquis populorum et urbium illustratis. Alius ab hoc Marino fuisse videtur Marinus, sive, ut a Iustiniano [Edict. 13.] et Zonara [XIV. p. 55. C.] vocatur, Marianus Praefectus praetorio sub Anastasio Imperatore, etsi hic quoque Marinus Syrus dicitur ab Evagrio [III. 43.], Iohanne Malela [XVI. p. 122.] et Nicephoro [XV. c. ult.], et Procli Philosophi opera usus fuisse in navali pugna adversus Vitalianum Tyrannum a multis fertur. Sed Proclum istum diversum extitisse a nostro ac iuniorem infra ostendimus, et Marinum praetorio praefectum religione fuisse Christianum, nostrum autem de quo agimus Marinum Philosophum ac Rhetorem paganum, recte observat atque adeo ab altero distinguit vir incomparabilis Valesius ad caput 42. libri tertii Evagrii. Fuere et alii hoc nomine celebres, ut Marinus Tyrius, cuius Geographiam laudat et passim emendat in Geographico suo opere Claudius Ptolemaeus [cf. Bibl. Gr. t. V. p. 272.]. Marinus item medicus, cuius viginti libros Anatomicorum volumine tetrabiblo breviter se complexum refert Galenus *) de libris propriis. Ut omittam Marinum Apsiliensem [cf. Bibl. Gr. t. IX. p. 371.], cuius sub Leone Isauro meminit Theophanes, Marinumque Beryti Episcopum laudatum Evagrio lib. 3. cap. 33. et plures alios Ecclesiasticis scriptoribus memoratos, et recentiores. Sed nostrum Marinum autor est Suidas Procli vitam scripsisse et prosa et versu. Caeterum qui vitae Procli a Marino carmine descriptae mentionem praeterea faciat, neminem ex antiquis reperio; tantum abest, ut ipsa ad nos pervenerit. Quam prosa persecutus est, quaeque sola aetatem tulit, videtur concinnasse primo nondum anno **) post Procli obitum

---

*) T. IV. edit. Gr. Basil. p. 364. [cf. Bibl. Gr. t. IX. p. 372.]. *Posthumius Marinus* medicus apud Plin. X. 6. Epist.

**) Hoc est circa annum Christi 486.

elapſo, ut ad pag. 92. [cap. 37.] obſervamus. Sub initium ſtatim ait ſe Marinus religioni ſibi duxiſſe, ut ſolus ex tanti viri diſcipulis ſileret, neque aliquid de magiſtri laudibus commentaretur, unde merito colligas, etiam alios Procli auditores editis ſcriptis famam defuncti celebraſſe. Quin ipſe autem multum ingenii diligentiaeque in tradenda praeceptoris vita adhibuerit, negari nequit, ut merito autor Graeci epigrammatis, quod in poſtrema pagina huius libelli *) ex Anthologia repoſuimus, beatum praedicet Proclum de tam felici virtutum ſuarum praecone. Sed et alia ſcripſerat Marinus, quorum nonnulla hoc loco commemorare poſſumus. Sunt autem haec. 1. *Ζητήματα φιλοσόφων*, *Quaeſtiones Philoſophorum*, quarum mentio apud Suidam. Et forte aſſenſum eruditorum meruerit, qui pro eo quod in Suidae libris de Marino legitur: *ἔγραψε βίον Πρόκλου τοῦ αὐτοῦ διδασκάλου καὶ καταλογάδην καὶ ἐπικῶς καὶ ἄλλα τινὰ φιλοσόφων ζητήματα*, *ſcripſit vitam Procli praeceptoris ſui et proſa et verſu, et alias quasdam Philoſophorum quaeſtiones*, reſcribendum putet eadem verba hoc ordine: *ἔγραψε βίον Πρόκλου τοῦ αὐτοῦ διδασκάλου, φιλοσόφων ζητήματα, καὶ ἄλλα τινὰ καὶ καταλογάδην καὶ ἐπικῶς*. *Scripſit vitam Procli praeceptoris ſui, quaeſtiones Philoſophorum, et alia quaedam tam proſa quam carmine.* Nam ut verum fatear, vix perſuadeo mihi, vitam Procli carmine etiam a Marino deſcriptam eſſe **), deinde inepte dicitur *καὶ ἄλλα τινὰ φιλοσόφων ζητήματα*, cum nullarum quaeſtionum mentio praeceſſerit. 2. *Ὑπόμνημα πολύστιχον εἰς τὸν Πλάτωνος Φίληβον*, *Commentarius prolixus in Philebum Platonis.* Sed hunc mox ipſe flammis tradidit Marinus, cum mortuo Proclo eum Iſidoro legendum cenſendumque dediſſet et ex eo intellexiſſet, *ἱκανὰ εἶναι τὰ τοῦ διδασκάλου*, *ſufficere iam*

*) [Vid. ſub finem notarum.]

**) [Ipſe tamen Fabricius ab hac ſententia non ita fuit alienus in Bibl. Gr. t. IX. p. 371.]

quae a Proclo in eundem Philebum ſcripta eſſent, ut refert Damaſcius apud Photium pag. 550. et ex eo idem Suidas. 3. Ὑπομνήματα εἰς Παρμενίδην, *Commentaria in Platonis Parmenidem.* De his ita Suidas*): "Ἤδη δὲ καὶ πρότερον δι' ἐπιστολῆς ἐκοινώσατο ὁ Μαρῖνος πρὸς Ἰσίδωρον τὴν ἑαυτοῦ δόξαν τῶν εἰς Παρμενίδην ὑποθέσεών τε καὶ ἐξηγήσεων. Τά τε ἐπιχειρήματα συντάξας ἔπεμψεν, οἷς ἐπείσθη μὴ εἶναι τὸν διάλογον περὶ θεῶν ὁ Μαρῖνος, ἀλλὰ περὶ εἰδῶν. Ἐφ' ᾧ καὶ ὑπομνήματα κατεβάλετο τοῦτον ἐξηγούμενα τὸν τρόπον τὰς Παρμενίδου διαλεκτικὰς ὑποθέσεις. Ὁ δὲ καὶ πρὸς ταύτην ἀντιγράφει τὴν ἐπιστολὴν, μυρίαις ὅσαις ἀποδείξεσι καταβαλλόμενος, ἀληθεστάτην εἶναι τὴν θειοτέραν ἐξήγησιν τοῦ διαλόγου (quam nempe Proclus aliique interpretes ante Marinum probaverant), ὥστε, εἰ μὴ ἔφθη τὸ βιβλίον ἐκδεδομένον, τάχα ἂν καὶ τοῦτο διέφθειρεν. "Ἴσως δὲ αὐτὸν διεκώλυσε καὶ ἡ ὄψις τοῦ ἐνυπνίου, ὅτι θεάσασθαί ποτε ἔλεγεν ὁ Πρόκλος, ὡς ὑπομνημάτων εἰς Παρμενίδην αὐτοῦ Μαρίνου ἐσομένων. Collegit etiam Marinus et in unum ſyſtema compoſuit electos locos Commentariorum Syriani in Orphica carmina, quae Proclus ipſi roganti adnotaverat, ut refert ipſe in Procli vita pag. 66. [cap. 27.]. Plura de eius ſcriptis apud veteres non memorari vix eſt quod miremur, cum pauca eum ſcripſiſſe teſtetur Damaſcius, ubi addit, tam ex dictis eius quam ſcriptis colligi potuiſſe, quod in ſublimiori philoſophia non maximos profectus ſecerit. Verba eius haec ſunt: πλὴν ὁ Μαρῖνος ἐξ ὧν διελέγετο καὶ ἐξ ὧν ἔγραψεν (ὀλίγα δὲ ταῦτά ἐστι) δῆλος ἦν οὐ βαθεῖαν (ita potius ſcripſiſſe videtur Damaſcius, quam quod in ora libri notatur, ὁ βαθεῖαν) αὔλακα τῶν νοημάτων καρπούμενος, ἐξ ὧν τὰ σοφὰ βλαστάνει θεάματα τῆς τῶν ὄντων φύσεως. Fertur etiam ſub Marini nomine commentarius in Data Euclidis, ſive in Euclidem προθεωρία,

*) Confer Photium pag. 571.

quam graece et latine vulgavit Claudius *) Hardiaeus [cf. Bibl. Gr. t. IX. p. 371.]. Utrum vero sit nostri Marini, Mathematicarum literarum haud imperiti, an alius, non magis dicere habeo, quam nosterne scripserit praevia ad Opticam, Opticorum librum, librum item Catoptricorum, praevia ad Phaenomena et Phaenomenon librum, quae sub Marini nomine memorat Gerh. Ioh. Vossius lib. de scientiis Mathematicis pag. 442.

II. DE AETATE, GENTE, MAGISTRIS ET SUCCESSORIBUS PROCLI.


In aetate Procli dupliciter lapsos viros doctos reperio, alii enim antiquiorem, alii recentiorem, quam par est, Philosophum faciunt. Priores multis refellere non est necesse, qui Traiano Imp. aequalem fuisse affirmavere, cum eorum opinio errore manifesto nitatur, Plutarchum Atheniensem confundentium cum Plutarcho Chaeroneo. Nempe apud Suidam cum legerent Staeflerus, Schreckenfusius, aliique, a Proclo auscultatum Plutarchum, non de Atheniensi, sed de altero quem dixi celeberrimo Plutarcho cogitantes, illi supparem fecerunt, et ad Traiani tempora Proclum perperam retulerunt. Non minus peccat manifesto Cedrenus **), qui sub Iuliano Proclum nostrum floruisse et Maximo ac Libanio aequalem fuisse affirmat. Magis operae pretium est illorum expendere sententiam, qui dimidio fere seculo serius Proclum vixisse contendunt, quam ex hac illius vita a Marino scripta floruisse eum colligimus. Horum familiam ducit Petrus Lambecius, qui multis hoc agit libro septimo ***) Commentariorum de Bibliotheca

*) Paris. 1625. 4. Praeter hanc edit. Catalogus Bodleianus memorat etiam latinam Basil. 1536.

**) Aut apud Cedrenum pag. 304. pro Πρόκλος legendum Πρίσκος, ut videtur Lambecio VII. p. 50.

***) P. 46. seqq. et 404. seqq.

Vindobonenſi. Quo rectius porro illum oppugnemus, prius ex Marino, quo tempore natus Proclus, quo mortuus fuerit, demonſtraturi ſumus. Tempus nativitatis optime intelligi poteſt ex themate Procli natalitio, quod pag. 87. ſeq. [c. 35.] exhibetur. Eſt autem *) hoc ipſum quod vides:



Haec genitura cum tabulis aſtrologicis et ephemeridibus comparata docet, Proclum, qui Byzantinus fuit, ubi elevatio poli graduum eſt quadraginta trium, et citra controverſiam ſeculo poſt Chriſtum natum 5. floruit, natum eſſe anno Chriſti 412. die 8. Februarii. Addit Marinus, novilunium proxime praecedens nativitatem contigiſſe in 8° 5′ 1, ♒. Ex eiusdem iterato teſtimonio ſcimus, Proclum vixiſſe annos quinque et ſeptuaginta (lunares nempe, quibus uſi Graeci), ut adeo mortuus ſit Athenis anno Chriſti Iuliano 485. die 17. Aprilis. Hoc duplici praeterea argumento ex eadem vita confir-

*) In vita Procli pag. 87. pro ☉ in ♈, legendum in ♒. Et ♀ in ♓ 2° 3 — legendum in ♓° — 23.

mari poteſt. Nam primum teſtatur Marinus, eclipſin ſolis maximam contigiſſe anno praecedente Procli obitum, illam nempe, quae in tabulis Rudolphinis notatur contigiſſe in 25 „ 39. ♑ anno Chriſti 484. die 13. Ian. Deinde [cap. 36.] affirmat, Proclum obiiſſe anno poſt Iuliani imperium centeſimo vigeſimo quarto, ubi nullus alius poteſt intelligi quam Iulianus Imperator, etſi in ora codicis MSti annotatam reperi hanc notulam: *οὐ τὸν παραβάτην Ἰουλιανὸν λέγει, ἀλλ᾽ ἐν Ἀθήναις κληρωτὸν ἄρχοντα.* Sed in Iuliano Imperatore tempus optime congruit, nec mirum Philoſopho pagano Athenienſi ſanctiſſimam fuiſſe Apoſtatae memoriam, ut ab illius imperio quandam veluti Epocham repetere voluerit, qui tantis beneficiis et honoribus affecerat Philoſophos, et ipſe non mediocriter in Philoſophia profecerat. Nulli etiam tunc *βασιλεῖς* Athenis, neque Archontibus temere tribuitur nomen *βασιλείας*, imo hanc diſerte iſto in loco diſtinguit et veluti opponit Archonti Marinus. Conſtat igitur de Procli aetate non inficiandis, ut mihi videtur, teſtimoniis, quibus addi poteſt, quod iam ſub Leone Thrace celebre fuit nomen Marini, Procli ſucceſſoris, et Theodorico *) Gothorum rege Italiam tenente ſcripſit Damaſcius, mortuis iam tum Iſidoro et Marino.

Iam age videamus, quid Lambecium impulerit, ut crederet natum demum Proclum anno Chriſti 443. ſub Imp. Theodoſio iuniore, mortuumque anno Chriſti 518. vel 519., cum iam periiſſet Anaſtaſius Imperator. Nempe obſervavit apud Zonaram lib. 14. p. 55. referri, quod claſſem Vitaliani Thracis, tyrannidem ſub Anaſtaſio affectantis, Proclus combuſſerit ſpeculis uſtoriis ex aere fabricatis. Praeterea ex Theophane pag. 140. notavit, Proclum *ὀνειροκρίτην* Anaſtaſio mortem imminentem praedixiſſe, quod teſtantur etiam Cedrenus [p. 362. D.]

---

*) Vide Photium p. 553.

et autor Chronici Paſchalis, quod vulgo Alexandrinum audit, pag. 331. ubi Proclus iſte *Aſianus Philoſophus* dicitur [cf. Bibl. Gr. t. IX. p. 369.], quod Lambecio iam ſufficiebat, ut ſibi perſuaderet, de nullo alio quam noſtro Proclo ibi ſermonem eſſe poſſe. Et forte Zonaras ipſe Chronicique autor, cum haec ſcriberent, de nemine alio cogitarunt, ex quo tamen nondum conficitur, illos [non] errare, cum ita ſentirent, fallique non potuiſſe. Non iam inquiram in veritatem rei ipſius, utrum ſpeculis uſtoriis de muro Byz. ſuspenſis Vitaliani claſſis incenſa fuerit, potueritve incendi, cum ſimile artificium, quo ab Archimede claſſem Marcelli infeſtatam memorant Diodorus Siculus, Galenus, Tzeza [Chil. II. hiſt. 35.] et alii, incredibilibus commentis adſcribant Gabriel Naudaeus in ſyntagmate de ſtudio militari, Ioh. Daniel *) Maior in Genio errante, et Lotharius Sarſius Sigenſanus in libro de ratione ponderum, librae et ſimbellae, qui non maiore fide hoc narrari ait ab hiſtoricis, quam Babylonios fundarum vertigine ova percoquere ſolitos legitur apud Suidam in *περιδινοῦντες*. His adde Renatum Carteſium parte 2. Epiſt. 105. a quo demonſtratam ſpeculorum uſtoriorum Archimedis *ἀδυναμίαν* agnoſcit Peraultus **) in opere Gallico, quo veteres cum recentioribus confert, aut potius in omni genere doctrinae et artis longe ab his antecelli contendit. Singillatim autem de Proclo Iſaacus Voſſius in obſervationibus de origine pulveris bellici apud Europaeos p. 88. *Neque enim credendum eſt*, inquit, *Zonarae aut aliis, qui claſſem iſtam Gothicam ope ſpeculorum comburentium conſtructorum a Proclo Philoſopho incenſam fuiſſe ſcribunt. Quantumvis enim multa et bene conſtructa conferas ſpecula, nunquam tamen iſtiusmodi efficias incendium.* Et vix

*) Confer. Georgii Paſchii Inventa Novantiqua pag. 730. 731. edit. ſecundae.

**) Perault Parallele des anciens et des modernes T. I. pag. 85.

quisquam eſt inter veteres, qui hoc de Proclo tradat praeter Zonaram, etſi Evagrius in illam ſententiam citatur a Gerh. Ioh. Voſſio pag. 270. de ſcientiis Mathematicis, Evagrius et Marcellinus a Nic. Alemanno ad Procopium pag. 102. Evagrius et Paulus Diaconus a Rev. Ioh. Andrea Schmidio in vita Archimedis pag. 42. Sed neque Evagrius neque Marcellinus neque Paulus Diaconus vel verbulo meminere claſſis a Proclo ſpeculorum uſtoriorum ope incenſae ac devaſtatae. Rectius etiam iudice Voſſio Chronicon vetus ineditum igni ſulphureo totum hoc adſcribit. Idem quoque facit Iohannes Malela *), cuius haec ſunt verba: Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀναστάσιος πρώην μὲν ἦν μεταστειλάμενος διὰ Μαρίνου τὸν φιλόσοφον Πρόκλον τὸν Ἀθηναῖον, ἄνδρα περιβόητον, καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς Ἀναστάσιος κ. τ. λ. *Imperator autem, accerſito prius per Marinum Proclo Philoſopho Athenienſi, magni nominis viro, Dic, Philoſophe, inquit ei Anaſtaſius Imperator, quid de cane hoc* (Vitaliano) *facturus ſum, qui ſic me Rempublicamque perturbat? Reſpondet ei Proclus: Animum ne deſpondeas, Imperator, quamprimum* **) *enim armatos aliquot in illum emiſeris, fugam ſine mora capeſſurus eſt. Edixit itaque Imperator Marino Syro Praefecto, qui ei cum Proclo verba facienti adſtabat, uti ipſe Vitalianum, qui e regione Conſtantinopolis cum copiis ſuis conſederat, adoriretur. Proclus autem Philoſophus Marinum Syrum coram Imperatore in hunc modum allocutus: Tu, inquit, Vitalianum adorturus, quod tibi dabo modo ſumas velim. Iuſſit itaque Philoſophus ingens vivi ſulphuris pondus adduci, quod in partes minutiſſimas contritum Marino dedit, Hoc, inquiens, quibuscunque tu tectis aut navigiis ſuperinieceris, ea ſtatim ab exortu ſolis conſla-*

---

*) Parte 2. Chronograph. pag. 120. 121.

**) [Malelas p. 120. φεύγει γὰρ καὶ ἀπέρχεται, ἢ μόνον πέμψεις κατ᾽ αὐτοῦ τινάς. Legendum εἰ, non ἤ.]

grare videbis, adeoque ab ignibus absumi. Caeterum quomodocumque incendium illud classis Gothicae excitatum fuerit, cuius rationem forte quo magis occultarent Graeci, speculis comburentibus adscripserunt, ne dubito quidem alium Proclum fuisse, qui Anastasio adstitit, a Proclo cuius vitam hic exhibemus, quemadmodum supra ostendimus, Marinum quoque istum praefectum a Marino nostro longe diversum fuisse. Ac profecto praeter temporum rationem supra expositam suadet hoc vitae Procli nostri genus, Marini βιογράφου silentium, scriptorum, qui ista de Proclo altero tradunt, dissensio atque inscitia. Constat praeterea, plures Procli nomine celebres fuisse, ut Proclum Isidori Philosophi filium, cuius meminit Damascius apud Photium pag. 573. Proclum quaestorem, filium Pauli Byz. ἄνδρα συνετὸν καὶ ἀγχίνουν, quo encomio celebratur a Theophane, quemque magnae sub Iustino Imp. autoritatis fuisse ex Procopii I. Pers. observat Suidas [cf. Bibl. Gr. t. IX. p. 370.]. In eundem epigramma extat lib. IV. Antholog. pag. 433. editionis praestantissimae Wechelianae [cf. Anal. Brunck. t. 3. p. 136.]. Omitto alios antiquiores, ut Proclum Quintillianum, quem Procos. Asiae sub Decii imperio memorat autor Chronici Paschalis pag. 270. Proclum, qui sub Theodosio Magno praefectus Praetorio fuit annoque eius Imperatoris decimo quinto capite plexus est [cf. Bibl. Gr. t. IX. p. 367.]. Et hodieque CPoli stylobata obelisci in hippodromo prope Sophiae templum exhibet epigramma latinum et graecum huius Procli mentionem faciens, quorum illud quoniam Georgius Dousa in itinere suo CPolitano pag. 38. mutilum edidit, hoc loco integrum apponam [cf. Anthol. Lat. II. ep. 117.]:

Difficilis quondam Dominis parere serenis
Iussus et extinctis palmam praestare tyrannis,
Omnia Theudosio cedunt subolique perenni:
Ter denis sic victus ego domitusque diebus
Iudice sub Proclo superas elatus ad auras.

His addi possunt Procli duo Philosophi Stoici, patria Mallotae [cf. Bibl. Gr. t. IX. p. 365.] ex Mallo Ciliciae urbe, quorum alterum laudat Proclus noster lib. 3. in Timaeum pag. 166. ἄτρεπτα ἄρα μένει τὰ οὐράνια, ὥσπερ δὴ τῶν ἀρχαίων Πρόκλος τε ὁ Μαλλότης καὶ Φιλονείδης εἰρήκασι, τῶν δὲ νεωτέρων οἱ ἀπὸ Πλωτίνου πάντες Πλατωνικοί. Utriusque mentionem facit Suidas, simulque docet, alterum scripsisse de sophismatibus Diogenis, et adversus Epicurum. Fuit et Proclus Naueratita, Pompeianus, Philostrati, qui plura de eo tradit *), praeceptor, Athenis eloquentiam professus, et memoria tam felici, ut ea nonagenarius etiam senex Simonidem vincere videretur. Proclus Rheginus, Methodicae sectae medicus Galeno [cf. Bibl. Gr. ib. p. 369.] memoratus, Proclus item Proculeius, Themisionis sive Themisonis cuiusdam filius hierophanta Laodicensis Syrus, cuius haec scripta refert Suidas: Theologiam, Commentarium in fabulam de Pandora apud Hesiodum, in aurea carmina, in Isagogem Arithmeticae Nicomachi Geraseni, et alia quaedam argumenti Geometrici. Omitto Proclinum Platonicum, cuius meminit Porphyrius in vita Plotini **), Eutychium Proculum sive Proclum Siccensem, quo in Grammaticis praeceptore usum M. Antoninum proconsulatus dignitate magistro collata vices referentem, autor est Iulius Capitolinus [c. 2. coll. Bibl. Gr. t. IX. p. 365.], quemque doctissimum sui temporis Grammaticum vocat Trebellius Pollio in Aemiliano Tyranno. Iulium praeterea Proclum a Commodo, ut refert Lampridius [c. 7. coll. Bibl. Gr. ib.], una cum suis interfectum. Christianos denique Proclum Torpa-

---

*) Philostratus lib. 2. de Sophistis pag. 598. seqq. [c. 21. p. 602. Ol.]. Huius Procli πρεσβευτικὴν ἐπὶ πάντας τοὺς παιδεύοντας Ἀθήνησι idem memorat pag. 611. edit. Morelli. [p. 617. Ol.]

**) [non Porphyrius, sed Longinus apud Porphyrium V. Plot. c. 20. et in fragmentis Longinianis p. 178. optimae quam b. Weiskio debemus editionis.]

cionem [cf. Bibl. Gr. ib. p. 368.] ſive Dropacionem alipilarium, Evodiae procuratorem, de quo Samuel Petitus commentario ad leges Atticas pag. 301 ſeq. et Stephanus Lemonius notis ad Varia Sacra pag. 940. Proculum ſive Proclum Montaniſtam [cf. Bibl. Gr. ib. p. 366.], autorem Proclianorum, eundemque ſtrenuum ante Valentinianae haereſeos oppugnatorem, qui male apud Theodoritum appellatur Patroclus *): Proclum Epiſcopum CPolitanum ſeculi quinti ſcriptorem [cf. Bibl. Gr. t. IX. p. 365.] ac noſtro Philoſopho huius nominis fere ſupparem, et alios quam plurimos, quos dicere iam ſuperſedeo, dum ex Plutarcho in vita Coriolani [cap. 11. edit. Corayanae] obſervem, Proclos a Romanis dictos, qui abſente ſive procul verſante patre nati eſſent, uti Poſthumios, qui poſt patrem iam defunctum et humi datum.

Ut ad Proclum noſtrum revertamur, de gente eius ſive cognatis nihil tradit Marinus, ſolos parentes **) commemorans Patricium et Marcellam. Ambiguum porro videri poſſit, utrum Patricius ibi ſit nomen proprium an dignitatis. At Plutarchum Athenienſem a Proclo avi loco habitum eſſe idem Marinus ***) obſervat, non ſane quod cognatione ulla eum attingeret, aut vere avus ipſius eſſet, ſed quod praeceptor fuiſſet Syriani, quem inter magiſtros ſuos imprimis Proclus coluit, et parentis inſtar fuit veneratus. Illius porro Plutarchi familiam ita nobis exhibent Marinus et Damaſcius apud Photium:

---

*) [Similem permutationem vocum *Προκλῆς* et *Πατροκλῆς* animadvertit Fabricius in Suidae *Παρύβυστον* (cf. Bibl. Gr. t. IX. p. 366.); ſed in editione Kuſteriana recte *Πατροκλέους* editur, non *Προκλέους*. Confunduntur in Iſocrate Corayano t. 2. p. 267. *Προκλῆς* et *Πατροκλῆς*.]

**) Pag. 13. [c. 6.]

***) Pag. 74. [c. 29.]

Nestorius
I
Plutarchus

Hierius *) Asclepigenia **) Archiadae uxor
I
Asclepigenia Theagenis uxor.

Proclus ipse coelebs per omnem vitam mansit exemplo Thaletis, Pythagorae, Democriti, Platonis, Zenonis Cittiei, Epicuri, Epicteti, Apolloniique Tyanensis, qui, aliis probantibus illud Pythagoricum, *μὴ δεῖν παρ᾽ ἄλλην ἰέναι γυναῖκα ἢ τὴν ἑαυτοῦ*, aiebat, sibi potius dictum esse, *μήτ᾽ ἂν γῆμαι, μήτ᾽ ἂν εἰς ὁμιλίαν ἀφικέσθαι ποτὲ Ἀφροδισίων*, ut refert Philostratus lib. 1. cap. 10. [cap. 13. p. 15. Olear.]. In vitae genere et dogmatis Pythagorica quidem et Platonica decreta imprimis secutus est Proclus, at non sola, sed quemadmodum sacrorum omnis generis interpretem et totius mundi ***) hierophantam volebat esse virum sapientem, ita quicquid apud Philosophos quoscunque reperisset singulare, hoc in unum veluti corpus quoddam Philosophiae coniunxit atque inter se conciliare studuit. Ex Pythagorae instituto ciborum quoque abstinentiam servavit assidue, adeo ut, aegrotantem cum Iacobus medicus crambe interdixisset, malvamque ei iussisset afferri, ille malvam gustare noluerit *Πυθαγόρειον νόμον* reveritus, ceu testatur Damascius apud Photium pag. 560. Nempe Iamblichus de vita Pythagorae pag. 107. [p. 91. Kuster.] et in protreptico ad Philosophiam pag. 159. autor est, Pythagoram malva abstinere iussisse, etsi priore loco perperam legitur *μάχης* pro *μαλάχης*. [Mendam sus-

---

*) Photius pag. 556.
**) Marinus pag. 29. 68. 71. [cc. 12. 28. 29.]
***) Marinus pag. 47. [cap. 19.]

tulit Kusterus.] In scriptis porro suis non modo Ethnicorum sed Christianorum quoque Philosophorum cogitata Proclus expressit et sectatus est, si credimus antiquo scriptori, qui apud Suidam in *Διονύσιος*, *ἰστέον*, inquit, *ὥς τινες τῶν ἔξω σοφῶν καὶ μάλιστα Πρόκλος θεωρήμασι πολλάκις τοῦ μακαρίου Διονυσίου κέχρηται, καὶ αὐταῖς δὲ ξηραῖς ταῖς λέξεσι.* Fateor tamen mihi longe videri credibilius, utrumque et Proclum et larvatum illum Dionysium *) Areopagitam una eademque Neoplatonicorum vitula arasse, quam Proclum ex Dionysio profecisse eiusque verba scriptis suis inseruisse. Quod vero Plotinus et reliqui ex Christianis dogmatis quaedam in suam Philosophiam sive receperint sive cum illa conciliare aut denique expolire conati fuerint, non videtur temere esse vel negandum vel explodendum. Inter Philosophos Ethnicos non modo Graecis sed etiam barbaris multum tribuit Proclus, Orpheo cum primis et Chaldaicis oraculis, ut praeter Marinum libri eius passim testantur. Magistri ipsius fuerunt Alexandriae primum Orion Grammaticus, Leonas Rhetor, Olympiodorus Philosophus, a quo Aristotelis placitis imbutus est, et Heron Mathematicus. Deinde Athenis Syrianus Philoxeni et Plutarchus Nestorii filius, sed cum primis Syrianus, quia alter non diu post, quam Proclus Athenas venisset, diem obiit. Huic Syriano patria Alexandrino, (non Gazaeo, ut affirmat Ionsius pag. 300. [III. 18. 1. p. 97.]) omnia debere se noster libenter

---

*) Stillingfleetus, Angliae lumen praematuro fato nuper extinctum, in Respons. ad Cressii Apologiam de Fanaticismo Ecclesiae Romanae cap. 2. pag. 130. observat, inter Apollinaris, cui scripta Pseudo-Areopagitae tribuebat celeberrimus Caveus, discipulos fuisse unum Dionysii et alium Timothei nomine, hinc pag. 133. non absurde coniicit, Dionysium istum sub antiqui illius Dionysii Areopagitae nomine scripta sua ex Plotino, Porphyrio, Iamblicho et similibus magnam partem sive derivata sive incrustata edidisse et Timotheo, suo nempe *συμφοιτητῇ*, sed qui felicissimo casu cognominis esset veteri Apostoli Pauli discipulo, dedicasse.

professus est, eo per multos annos usus fuit familiariter, hunc subinde laudat et assidue sequitur in suis commentariis, illi in cathedra Atheniensi successit, communi denique tumulo est cum eo conditus in suburbio Atheniensi, ubi Isidorus Philosophus *) ἐπιτάφιον θυμιαθρίδα secum afferens manes eius cultu prosecutus est. Quam subtilis Philosophus fuerit Syrianus Iamblichi strenuus sectator, non modo ex illis, quae ipso autore pluribus in locis Proclus affert, sed et ex commentario eius in Metaphysicam Aristotelis intelligi potest, qui Venetiis editus est latine ex versione Hieron. Bagolini, et graece occurrit in variis Bibliothecis Italiae, et ex Lucae Holstenii beneficio in Bibliotheca Iohannea huius urbis. Utrum istius Syriani sint quae in Hermogenem graece edidit inter Rhetoras Aldus Manutius, non iam audeo affirmare. De aliis scriptis, quae ad eum apud Suidam referuntur, dixi infra in elencho scriptorum Procli pag. 110. [cf. Biblioth. Gr. t. IX. p. 358.].

Forte hic Syrianus unus est ex xynoride sive biga sapientum Plutarcheorum, quam sive celebrat sive perstringit Synesius Epistola 135. ad fratrem. Qui vero apud eundem Synesium memoratur Proclus Epist. 129. 133. et modo θαυμάσιος Πρόκλος, modo πατὴρ, modo θαυμασιώτατος πατὴρ, modo ἑταῖρος Πρόκλος ab eo vocatur, diversus utique a nostro est et aetate superior, ac fortassis Christianus. Inter Syriani auditores laudatur etiam a Damascio **) et Suida Hermias Alexandrinus, cuius uxor praestantissima Aedesia Syrianum cognatione attigit, qui eam adhuc virginem Proclo ***) desponsurus erat, nisi hunc nescio quis Deorum a nuptiis prohibuisset. Fuit praeterea auditor Syriani Domninus Syrus, de quo praeter Damascium et Suidam Marinus c. 26. Procli auditores extitere inter alios

*) Phot. pag. 564. adde Lambec. VII. p. 404. seq.
**) Apud Photium pag. 554.
***) Suid. in Αἰδεσία ex Damascio.

innumeros Heliodorus et Ammonius Hermiae filii, Hierius Plutarchi, Afclepiodotus, Zenodotus, Severianus, Ulpianus Gazaeus, imprimis vero Marinus et Hegias, quorum ille in fchola Athenienfi magiftro fucceffit, uti Marino Ifidorus, qui et ipfe Proclum *) audiverat, et poftea recufante hoc munus **) Hegia, Marini locum obtinuit. Marinum audivit quoque Agapius, tefte Suida, Ammonium Simplicius, Afclepius***) Trallianus et Iohannes Philoponus. Ifidoro denique fucceffit Damafcius Damafcenus, ex cuius libro de vita praeceptoris infignia excerpta leguntur apud Photium, quae ab interprete male accepta alibi fortaffe illuftrabimus. Eiusdem Damafcii opus fubtiliffimum, nec parvae molis, *περὶ ἀρχῶν*, graece manu exaratum occurrit tum in Bibliothecis Italiae, Galliae, Angliae, tum in Iohannea huius urbis ex legato viri fummi Lucae Holftenii, et iam editionem eius moliri in Gallia viri docti dicuntur, quo de merito gaudemus.

III. DE GRADIBUS VIRTUTUM, SECUNDUM QUAS PROCLUM LAUDAT MARINUS.

Quanquam, ut Menedemo Eretrio olim recte videbatur, et multis docet in Protagora Socrates apud Platonem, unica eft virtus, five ftudium ferium habitusque recte vivendi, quam prudentiam dicebat Apollophanes, ex qua tanquam lucido centro in omnes actiones hominis radii pulcherrimi fparguntur: iampridem tamen aliis Philofophis prope univerfis placuit, ut pro diverfitate obiectorum varia virtutum genera inter fe diftinguerentur, variisque illa nominibus appellarentur. Ne iam dicam de Ariftotele, cuius undenarius virtutum moralium, intellectualium quinarius numerus

*) Phot. pag. 571.
**) Photius pag. 568.
***) Vide Ionfium III. 18. de fcriptoribus Hift. Philof.

tritiſſima eſt in libellis Ethicis fabella, neque de Zenone vel Chryſippo, quem variis [et] inutilibus virtutum nominibus Philoſophiam gravaſſe queritur Plutarchus in libro de Ethica virtute, ne de tot recentioribus denique, Omeiſio, Werdenhagenio, Erh. Weigelio, multisque aliis, qui numerum virtutum in tantum auxerunt, ut vel ſola tenere nomina, ſi non virtutis, certe laboris eſſe videatur. Quis eſt in Morali diſciplina adeo hoſpes, ut virtutum cardinalium quaternio ipſum fugiat, qua diſtinctione neſcio an ulla eſt vel antiquior, vel quae latius patet, vel in qua minus eſt reprehendendum, modo hoc inconcuſſi inſtar principii teneamus, ſingulas tametſi cardinales vix dignas tamen eſſe nomine virtutis, niſi ex illo communi quod dixi centro profluant, atque ita unam virtutem homo colat, ut ſimul aliarum quoque omnium ſit ſtudioſus.

Viſa igitur eſt non Platoni modo ac Pythagorae, ſed quoque Stoicis et Epicuro et Peripateticis, ac ne Graecorum Philoſophos ſolos commemorem, Hebraeis, Aegyptiis, Perſis univerſa virtus hominis recte diſtingui in genera ſive partes*) quatuor, quarum una eſſet prudentia, fortitudo altera, tertia temperantia, quarta denique iuſtitia. Quam tetradem virtutum tanquam fructum utiliſſimum ſapientiae commendat autor libri, qui vulgo Salomon eſſe creditur, capite et tmemate octavo: *Docet enim temperantiam, prudentiam, iuſtitiam et fortitu-*

*) Marinus Victorinus in 1. Rhetoric. Ciceronis: *Virtus igitur habet partes quatuor, prudentiam, iuſtitiam, fortitudinem, temperantiam. Prudentia eſt rerum bonarum et malarum per omne tempus ſcientia. Iuſtitia eſt habitus animi ita informatus, ut omnibus meritis tribuat dignitatem. Fortitudo eſt conſiderata periculorum ſusceptio et laborum perpeſſio. Temperantia eſt animi circa res inutiles atque inhoneſtas victrix ac pudica dominatio. Harum partium partes in conſequentibus cognoſcemus.* [De principibus his quatuor virtutibus vide quae egregia notavit Wyttenbachius Animadv. ad Plutarch. de Aud. Poet. T. 1. p. 275., collata Krebſii nota p. 224.]

dinem, quibus nihil est in humana vita utilius. Has cum quatuor fontibus paradisi conferens Philo Iudaeus libro Allegoriarum legis primo ita exponit, ut prudentia doceat, quae agenda sint in vita, fortitudo, quae ferenda; porro, quid eligendum sit nec ne, a temperantia monearis, et quid cuique tribuendum, a iustitia. Mox idem Philo cum Platone tripertitam affirmans nostram animam, parti *rationabili*, quae in capite tanquam in arce sua collocatur, ait adesse prudentiam, *irascentem*, quae in pectore est, regi et in officio contineri a fortitudine, *concupiscentem* denique, quae in infimo ventre versatur, a temperantia gubernari. Quod si ira et concupiscentia hominis rationi recte obsequatur, atque ita tres animae partes optato consensu inter se conspirent, hanc esse iustitiam. Consimiliter Iosephus libro de Imperio rationis, quo Maccabaeorum martyrum laudes disertissime decantavit, quadripertitam sapientiam esse affirmat, quatuor autem partes has ipsas de quibus iam dicere coepimus virtutes. Ab Hebraeis eundem quaternarium accepere Christiani, non Latini modo, ut patet ex Ambrosio, qui primus virtutes illas *cardinales* dixisse observatur libro V. in Lucam, Hieronymo in cap. 1. Matthaei, Augustino lib. XIX. de civitate Dei cap. 20. multisque aliis, praesertim Scholasticis ac recentioribus: sed et Graeci, ex quibus Theodoritus libro quinto de haereticis fabulis capite decimo nostrum esse monet, ut non modo vitium penitus ex animo nostro expellamus, verum etiam studeamus vicissim virtutem introducere et huius partibus splendescere, animaeque decorem temperantiae, iustitiae, fortitudinis ac iustitiae floribus ornare. Quae quadripertita virtutis distinctio hodieque Christianis orientalibus probatur, ut constat vel ex confessione Ecclesiae Graecae, quam ante annos non ita multos cum versione sua in lucem edidit ingens Upsaliensis Academiae decus Laurentius Normannus. Equidem iampridem Proclus Episcopus CPolitanus in epistola, quae cum versione Dionysii Exigui extat in

haereſiologia Iohannis Heroldi, reprehendit Armenios, quod in hisce quatuor virtutibus haerere non dubitarent, addens, ſe non tam quaternionem iſtum improbare, quam aegre ferre, quod, Chriſtiani cum ſint, Ethnicorum tamen more humi ſerpant perpetuo, neque ad ſublimitatem virtutum vere Chriſtianarum, *ſpem, fidem* ac *charitatem*, evehere animum ſuum conarentur. Potuerunt nihilominus et has ipſas ſub prioribus complecti, ut ſpes referretur ad fortitudinem, ad prudentiam fides, charitas vero ad iuſtitiam, cuius illa faſtigium quoddam videri poteſt. Nam ita et quatuor virtutes, quas in priorum locum nuper Geulinkii exemplo in Ethica Chriſtiana commendavit ſcriptor *) Gallus, ſub iisdem perſpicue continentur, diligentia ſub fortitudine, ſub prudentia accuratio, modeſtia ſive, ut vulgo appellatur, humilitas ſub temperantia, et obedientia denique ſub iuſtitia.

Verum ut ad Ethnicos noſter ſermo recurrat, convenit primum dicere de Aegyptiis, quorum ſententiam ita exprimit ſcriptor vetus ad Ammonem, quem ſub Hermetis Trismegiſti nomine laudat Stobaeus in Eclogis Phyſicis [I. c. 52. §. 4.]: *ψυχὴ τοίνυν ἔστιν, ὦ Ἄμμων, οὐσία αὐτοτελὴς, ἐν ἀρχῇ κ. τ. λ. Anima, o Ammon, eſt eſſentia in ſe perfecta ab initio eligens vitam ſecundum fatum, et attrahit ſibi rationem ſimilem materiae, habentem iraſcentiam et concupiſcentiam. Et iraſcentia eſt materia. Haec ſi habitum fecerit ad animae intellectionem, fit* fortitudo *et non abducitur a timore. Concupiſcentia autem abducitur. Haec ſi habitum fecerit ad animae ratiocinium, fit* temperantia *et non movetur a voluptate, ſupplet enim ratiocinium indigentiam concupiſcentiae. Quando vero ambae concordes fuerint, et aequalem habitum fecerint et haereant ambae animae ratiocinio, fit* iuſtitia. *Aequalis*

*) Mr. Naudé dans ſa *Morale Evangélique* imprimée à Berlin 1699.

enim habitus ipsorum tollit quidem excessum irascentiae, adaequat autem indigentiam concupiscentiae. Principium vero est intellectualis essentia per se existens in sua providente ratione (ex hoc προνοητικῷ λόγῳ prudentia) *imperium habens suam ipsius rationem. Imperat autem et ductat haec essentia tanquam princeps. Ratio autem ipsius providens ut consiliarius est.* Lib. XIV. pag. 41. edit. Francisci Patricii, in nova de universis philosophia.

Apud Persas in more positum esse refert Plato in priore Alcibiade, ut regis princeps filius, annos quatuordecim natus, quatuor magistris committeretur, quos regios paedagogos dictos esse ex Platone narrat etiam Clemens Alexandrinus, uni *sapientissimo*, a quo Magiam Zoroastris et Oromasdi sive cultum Deorum et artem imperii gerendi doceretur, alteri *iustissimo*, qui per omnem vitam fidem servare veritatisque studiosum esse moneret, tertio *temperantissimo*, a quo voluptates vincere nec ulli servire vitio disceret, et quarto denique *fortissimo*, qui imperterritum redderet eius animum. In qua Persarum disciplina haud contemnendum quatuor virtutum cardinalium vestigium extare, non ab re iudicavit Iacobus *) Thomasius ὁ μακαρίτης, etsi videtur Plato ex suo potius sensu quatuor illa epitheta sapientissimi, iustissimi, temperantissimi et fortissimi adiecisse, eaque accommodasse regiorum paedagogorum officiis, quorum alium Theologi, Politici alium, tertium Ethici magistri munere functum, quartum denique in militari disciplina regis filium instituisse est verisimile.

Inter Graecos primus omnium Pythagoras videtur quaternarii huius mentionem fecisse, quem ita exponit Hierocles in aureolo ad aurea carmina commentario pag. 28. sq. [p. 64. ed. Needh.]: Κακίας δὲ εἴδη πλείονα. Κατὰ μὲν τὸ λογικὸν κ. τ. λ. *Vitiorum quidem genera sunt permulta. In rationabili quidem parte ho-*

*) In dissert. I. de quatuor virtutibus cardinalibus. Lips. 1665.

minis imprudentia, in irascente timiditas, in appetente voluptatis et divitiarum studium, in omnibus denique facultatibus simul iniustitia. Quo fit, ut quatuor virtutum generibus ad eiusmodi malorum fugam opus fuisse videatur, prudentia quidem in eo quod ratione utitur, fortitudine autem in quo versatur animi motus, continentia vero in quo vis appetens, iustitia denique in qua simul habentur facultates omnes tanquam perfectissima, caeterasque virtutes uti partes proprias in se continens. Cum Hierocle ex asse consentiunt fragmenta Theagis, Archytae et Metopi Pythagoraeorum servata a Stobaeo, quae nescio qua de causa a Conringio habita sunt pro suppositis, et seculo post Christum natum secundo confictis, cum non appareat, in quorum gratiam illa quisquam tunc confinxerit, et scripta sint dialecto Dorica Pythagoraeis illis familiari, neque quidquam contineant, quod sit a veterum Pythagoraeorum dogmatis alienum. Addit praeterea Hierocles pag. 94. scopum aureorum carminum esse, ut τετρὰς illa πρακτικῶν ἀρετῶν cura diligenti ac iusta observatione in verbis et factis exprimenda traderetur ac commendaretur. Quid vero si ipsa Pythagorae tetractys tot vocibus ac scriptis celebrata mysterium quatuor virtutum, animae partibus respondentium divinasque perfectiones imitantium et a Numine solo tanquam fonte derivatarum complectatur? Caeterum τόλμαν sive fortitudinem a Pythagoricis dictam reperio δυάδα, τριάδα prudentiam, τετράδα sive numerum pariter parem iustitiam, ceu videre est in Denario Pythagorico Iohannis Meursii. Unde vero hauserit elegantissimus Caelius Calcagninus, ut lib. V. epist. 8. affirmaret, Pythagoram tribuisse monada prudentiae, dyada fortitudini, triada temperantiae, iustitiae denique tetradem, nescire me fateor. Quatuor porro illas virtutes ex Pythagoraeorum mente expositas videat lector, si placet, in Ethica Pythagorica Danielis Omeisii. Cum autem Pythagoras in numero virtutum partes animae secutus fuerit, ut ex Hierocle

et reliquis obſervavi, at Laertius teſtetur, ſecundum Pythagorae ſententiam animâ contineri *νοῦν*, *φρένας*, *θυμὸν*, hoc ita forte poterimus cum iis quae dicta ſunt conciliare, ut *νοῦς*, ſcilicet intellectus theoreticus, ſibi vindicet *iuſtitiam* partibus reliquis praeſcribendam, *φρένες*, ſive intellectus practicus, *prudentiam*, *θυμὸς*, pars irrationabilis, in duas iterum diſpeſcatur, iram ſive animoſitatem et cupiditatem, quarum alteri adſit *fortitudo*, alteri *temperantia*.

Longum eſſet de reliquis dicere Philoſophis, qui univerſi fere quadripertitam illam virtutis diſtinctionem probarunt, ne ipſo quidem *Ariſtotele* excepto, ceu patet ex lib. X. cap. 8. Nicomach. et VII. 1. Politic. licet hic alibi virtutes aliter et, ut ipſe putat, accuratius dividit, qua de re videnda poſterior diſſertatio Iacobi Thomaſii de quatuor virtutibus cardinalibus, quae tota eſt de Ariſtotelis ſententia, illuſtratâ etiam ab Henrico Stephano in libello *) de differentia Ethicae Ariſtotelis, Hiſtoricorum, ac Poetarum. De *Stoicis* conſtat ex libro Plutarchi, quo illorum Philoſophorum repugnantias et contradictiones collegit, unde diverſas quoque Zenonis, Cleanthis et aliorum expoſitiones iſtius quaternarii licet repetere. Caeterum praeter Poſidonium, de quo Laertius, et Panaetium apud Ciceronem primo Officiorum, Marcus etiam Antoninus lib. 5. ſect. 12. praeceptorum moralium ad ſe ipſum, vere bonum eſſe aiens virtutem, haec quatuor enumerat: prudentiam, temperantiam, iuſtitiam ac fortitudinem. Omitto ſuppoſititium de quatuor virtutibus cardinalibus libellum, qui ſub Senecae nomine ambulat, centonesque ex eius ſcriptis utcunque conſutos complectitur: et quae de virtutum tetracty ex Stoicorum mente diſſerit Gaſpar Scioppius in elementis Philoſophiae Stoicae Moralis cap. 123. pag. 47. ſq. *Ariſtonis* ſententiam his verbis exponit

*) Prodiit cum eiusdem Muſa Principum monitrice Baſil. 1590. 8.

Galenus lib. ſeptimo de dogmatibus Hippocratis et Platonis pag. 310. *νομίσας γοῦν ὁ Ἀρίστων μίαν εἶναι τῆς ψυχῆς δύναμιν, ᾗ λογιζόμεθα, καὶ τὴν ἀρετὴν τῆς ψυχῆς, ἔθετο μίαν ἐπιστήμην ἀγαθῶν καὶ κακῶν. ὅταν μὲν οὖν αἱρεῖσθαί τε δέῃ τὰ ἀγαθὰ καὶ φεύγειν τὰ κακὰ, τὴν ἐπιστήμην τήνδε καλεῖ σωφροσύνην· ὅταν δὲ πράττειν μὲν τἀγαθὰ, μὴ πράττειν δὲ τὰ κακὰ, φρόνησιν· ἀνδρείαν δ', ὅταν τὰ μὲν θαῤῥεῖ, τὰ δὲ φεύγει· ὅταν δὲ τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ νέμει, δικαιοσύνην. ἑνὶ δὲ λόγῳ γινώσκουσα μὲν ψυχὴ χωρὶς τοῦ πράττειν τἀγαθά τε καὶ κακὰ σοφία τ' ἔστι καὶ ἐπιστήμη, πρὸς δὲ τὰς τάξεις ἀφικνουμένη τὰς κατὰ τὸν βίον, ὀνόματα πλείω λαμβάνει τὰ προειρημένα, φρόνησίς τε καὶ σωφροσύνη καὶ δικαιοσύνη καὶ ἀνδρεία καλουμένη.* Ab *Epicuro* etiam agnitum eundem virtutum quaternionem, iamdudum notavit doctiſſimus Gaſſendus, cuius obſervationibus locupletiſſimis de morali philoſophia Gargettii illius Philoſophi nihil in praeſenti a nobis addi eſt neceſſe. Supereſt *Socrates* et *Plato*, quibus imprimis haec virtutum diviſio arriſit, ut patet ex libro quarto et ſexto de Republica, Euthydemo, Lachete, et lib. 1. de legibus, Laertio in Platone, Alcinoo cap. 1. Apuleio lib. 2. de dogmate Platonis et, ne alios commemorem, Proclo denique noſtro in diſſertationibus ad Rempublicam pag. 407. ſq. Quamvis interdum, ut in Menone, Philoſophus addit etiam alias, ut magnificentiam ac docilitatem memoriamque, quae duae poſtremae tamen non tam virtutes morales ſunt quam phyſicae facultates praeſtantiſſimae. *Iuniores Platonici* uno ore magiſtrum ſuum ſequuntur, ſed ut in aliis, ita in hac quoque de quatuor virtutibus doctrina non pauca addiderunt Platonis meditationibus. Inter haec additamenta non exiguum eſt, quod virtutum illarum plures gradus ac veluti ordines conſtituerunt, alii tres, alii quatuor, ſeptem denique alii vel octo, quorum primus gradus eſt quatuor virtutum cardinalium, *Phyſicarum*, alter *Ethicarum*, *Politicarum* tertius, *Purgatoriarum* quartus, quintus virtutum *purgati iam deſaecatique*

animi, ſextus *Theoreticarum*, ſeptimus *Theurgicarum*, ſummus denique et homini vix ac ne vix quidem acceſſus *Divinarum*. Hunc poſtremum gradum reſpicit Marinus, cum memoratis prioribus, pag. 4. [c. 3.] ita ſcribit: *τὰς δὲ ἔτι ἀνωτέρω σιωπήσαντες ὡς καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἤδη τεταγμένας.*

Equidem Ariſtoteles Deo virtutes tribuere non audet lib. X. cap. 8. Nicomach. ubi ſolum eius *ἔργον* eſſe contendit contemplationem: *Quae enim aliae tribui ei poſſent actiones? Anne iuſtae? Hoc vero ridiculum erit, ſi permutare eum dicamus, aut depoſitum reddere, et ſi quae ſunt huiusmodi. An vero fortes? Quomodo ergo terribilia ſubibit, aut in periculum de vita veniet honeſti cauſa? Hoc vero et dictu eſt abſurdum. An autem liberales?* (liberalitas, prudentia in distribuendis bonis) *Cui ergo et quid dabit, nam et hoc abſurdum erit, ſi numos illi tribuamus aut quid ſimile, quibus cum ipſe ad vitam opus habeat, honeſtatis tamen cauſa ea tradat aliis. Iam vero temperans quomodo erit, cum ne malas quidem habeat cupiditates? Omnes ergo eiusmodi actiones ſunt exiguae nec Deo dignae.* Similiter fere ex Carneadis ſententia disputat Cotta apud Ciceronem *) tertio de natura Deorum, ſed dum exinde nullum eſſe Deum colligit, docet, non minus certo cadere virtutem in Deum, quam conſtat, Deum eſſe. Quamvis enim abſurde aliquis Numini adſcripſerit humanas imbecillitates, quae in noſtris virtutibus apparent, tamen quin ſint in Deo ſummae perfectiones, quarum veluti umbrae ac lineamenta quaedam ſunt, quae in nobis virtutes appellantur, negari non poteſt. Et hoc ſenſu Origenes quarto adverſus Celſum pag. 180. eandem virtutem Dei et hominis eſſe docet, non gradu, ſed ſcopo et fine, quae eſt ſumma perfectio et rectitudo, quam homo forte inten-

*) Pag. 617. edit. Petri Lescaloperii, qui in commentario Cottam refellit.

dit, ſolus Deus exacte tenet et ſemper atque ubique exprimit. Quo ſpectat illud Heracliti relatum ab eodem Origene libro ſexto pag. 283. ἦθος γὰρ ἀνθρώπειον μὲν οὐκ ἔχει γνώμας, θεῖον δὲ ἔχει. Neque fortaſſis aliter ſentiebant Stoici ſaniores, etſi eorum ſententiam, virtutem eandem Dei hominisque eſſe, affirmantium tanquam impiam et audaciſſimam explodunt Clemens ſeptimo Stromate et Theodoritus ſermone II. de fine et iudicio. Plotinus libro ſecundo Enneadis 1. ex Platone monens, ut per virtutem Deo aſſimilari ſtudeamus, fatetur ſane, in Deo non eſſe τὰς πολιτικὰς λεγομένας ἀρετὰς, φρόνησιν περὶ τὸ λογιζόμενον, ἀνδρίαν περὶ τὸ θυμούμενον, σωφροσύνην ἐν ὁμολογίᾳ καὶ συμφωνίᾳ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ πρὸς τὸ λογικὸν, δικαιοσύνην δὲ τὴν ἑκάστου τούτων ὁμοῦ οἰκειοπραγείαν ἀρχῆς πέρι καὶ τοῦ ἄρχεσθαι, mox tamen ſubiungit, in illo eſſe ſublimiora quaedam veluti exemplaria ideasque virtutum, quod Macrobius lib. 1. in Somnium Scipionis cap. 8. Plotini veſtigia legens ſuccincte explicat his verbis: *Si rerum aliarum, multo magis virtutum ideas eſſe in mente* (divina) *credendum eſt. Illic prudentia eſt mens ipſa divina: temperantia, quod in ſe perpetua intenſione converſa eſt: fortitudo, quod ſemper idem eſt, nec aliquando mutatur: iuſtitia, quod perenni lege a ſempiterna operis ſui continuatione non flectitur.*

Quamvis porro Theoreticis ac Theurgicis virtutibus ſublimiorem, ceu obſervavimus, gradum memoret Marinus, et divinis nihil poſſit eſſe ſublimius, tamen Theoreticae ac Theurgicae virtutes itidem paſſim vocantur θεῖαι ſive divinae. Imo videas etiam virtutes purgati animi divinas appellari, ut de univerſis his accipiendum videatur illud vetus Pythagoricum:

Ταῦτά σε τῆς θείας ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει.

Nempe humanae virtutes iis audiebant practicae, quibus in vita humana opus, hoc eſt ethicae ac politicae, et purgatoriae denique, politicis ſubliminiores, ſed infra divinas adhuc conſtitutae: divinae autem contem-

platoriae, ut docet Hierocles [p. 10. Needh.]: *τὴν μὲν πρακτικὴν φιλοσοφίαν ἀνθρωπίνην ἀρετὴν εὑρίσκομεν λεγομένην, τὴν δὲ θεωρητικὴν θείαν ἀρετὴν ὑμνουμένην.* Ratio est, quod vel praecipuum vel unicum Dei *ἔργον*, ut Aristotelem etiam sentire supra demonstravimus, crederent esse contemplationem. Hisce contemplatoriis affines sunt virtutes purgati animi et theurgicae. Sed inter duo priora genera tantum differentiae intercedit, quantum inter Daemones sive Angelos et Deum, etsi utrique homine praestant, et ad *τὰ θεῖα* referuntur etiam Daemones. Certe Iamblichus lib. de Mysteriis Aegypt. innuit iis, qui virtutibus purgati iam defaecatique animi pollent, proprie convenire nomen *δαιμονίων*, quo passim venit Plato: quemadmodum *θεῖοι* proprie dicuntur theoreticis insignes virtutibus, quique sunt, ut Herculianum laudat Synesius epistola 139. *ὅλον θεωροὶ τῶν ὄντων καὶ τῆς τῶν θνητῶν ἀρχῆς τὰς ἀρετὰς διαβάντες.* Quo sensu Diogenem et Heraclitum *θείους* vocat Epictetus cap. 21. Enchiridii. Per theurgicas virtutes reddebantur non modo *θεῖοι*, sed etiam *Θεοπάτορες*, si bonis illis viris credimus, qui videntur hoc commenti, quo opponerent Thaumaturgis et fidei *θαυματοποιῷ* Christianorum. Mira certe sunt, quae de theurgicis actionibus Apollonii Tyanensis, Iamblichi aliorumque leguntur apud Philostratum, Eunapium, Photium, Suidam, et quae de Procli effectibus theurgicis refert noster Marinus. Sed quam sunt mira, tam profecto parum credibilia. Fassus tamen est ipse Proclus, sua aetate in hac theurgica virtute altius profecisse Heraiscum Aegyptium, de quo Damascius apud Photium pag. 588. et Suidas in voce *διαγνώμων* atque *Ἡραΐσκος* paradoxa quaedam refert, quale est, quod ad idolum quodvis accedens extemplo cognoscere potuerit, utrum a Deo animaretur nec ne, et qualis Deus esset, qui imaginem incoleret. Nisi enim *ἄψυχον* esset *τὸ ἄγαλμα καὶ ἄμοιρον θείας ἐπιπνοίας*, Heraiscum statim enthusiasmo correptum, agitante Deo, incaluisse, intimisque sensibus et animo commotum

fuiſſe. Potuiſſe etiam mulierem proſtitutae pudicitiae ab illibata virgine dignoſcere: illa enim verba faciente continuo ipſi indoluiſſe caput, ὅτι ἐνῆν τῇ τοῦ Ἡραΐσκου τοῦ φιλοσόφου φύσει καί τι τοὺς μολυσμοὺς τῆς γενέσεως ἀναινομενόν. Ita legendum apud Photium ex Suida, non ἀναιρούμενον. *Erat aliquid in natura Philoſophi Heraiſci ab inquinamentis generationis abhorrens.*

Qua ratione porro virtutes theoreticae differant a virtutibus purgati animi, purgatoriis, politicis atque ethicis, praeter Porphyrium in ſententiis num. XXXIV. Plotinum, Macrobium et noſtrum imprimis Marinum perſpicue docet Simplicius *) in Commentario ad Enchiridion Epicteti Philoſophi, ubi ait, Epictetum in illo ethicas et politicas duntaxat commendare virtutes, non vero inſtruere eos, qui iam reliqua genera ſubliniora attigerunt. Homines nempe virtute omni deſtitutos, ſive hominum potius quaedam ſimulacra, quales ſunt plerique, corporis ſordibus prorſus demerſo atque oppreſſo animo brutorum inſtar voluptatibus et perturbationibus aſſidue in transverſa rapi: per ethicas vero et politicas virtutes paulatim reduci in conditionem humanam, ut animus corpori imperet, ratio irae ac cupiditati dominetur, atque ita in vita pariter ac Republica recte verſari poſſint. *His boni viri*, ut ait ex Plotino **) Macrobius, *Reipublicae conſulunt, urbes tuentur, his parentes venerantur, liberos amant, proximos diligunt, his civium ſalutem gubernant, his ſocios circumſpecta providentia protegunt, iuſta liberalitate devinciunt*, hisque ſui memores alios fecere merendo. *Et eſt politicae prudentiae ad rationis normam quae cogitat quaeque agit univerſe dirigere ac nihil praeter rectum velle vel facere, humanisque actibus tanquam divis arbitris providere. Prudentiae inſunt ratio, intellectus, circum-*

*) Pag. 4. edit. Heinſianae.

**) Plotin. Ennead. I. lib. 2. Macrobius lib. I. cap. 7. in Somnium Scipionis. Confer Plutarchi lib. de Ethica virtute.

ſpectio, providentia, docilitas, cautio. Fortitudinis *eſt animum ſupra periculi metum agere, nihilque niſi turpia timere, tolerare fortiter vel adverſa vel proſpera. Fortitudo praeſtat magnanimitatem, fiduciam, ſecuritatem, magnificentiam, conſtantiam, tolerantiam, firmitatem.* Temperantiae, *nihil appetere poenitendum, in nullo legem moderationis excedere, ſub iugum rationis cupiditatem domare. Temperantiam ſequuntur modeſtia, verecundia, abstinentia, caſtitas, honeſtas, moderatio, parcitas, ſobrietas, pudicitia.* Iuſtitiae, *ſervare unicuique quod ſuum eſt. De iuſtitia veniunt innocentia, amicitia, concordia, pietas, religio, affectus, humanitas. His virtutibus vir bonus primum ſui atque inde Reip. rector efficitur, iuſte ac provide gubernans humana, divina non deſerens.* Haec eſt *πρώτη καὶ περίγειος τετρακτὺς ἀρετῶν* Syneſio Epiſt. 139. At per virtutes *καθαρτικὰς* ſive purgatorias docet Simplicius hominem non contentum rationi cupiditatem iramque, animo corpus ſubieciſſe, plane eo eniti, ut animus in ſe collectus corpus corporisque affectiones effugiat, *φεύγειν ἀπὸ τοῦ σώματος βούλεται καὶ ἀπὸ τῶν σωματικῶν παθῶν εἰς ἑαυτὸν συννεύειν.* Quod Marinus *) vocat *ἀπολύεσθαι τῶν τῆς γενέσεως ὄντως μολυβδίνων, καὶ φεύγειν τὰ ἐντεῦθεν*, quod qui iam aſſecutus eſt, vere dicetur eniſus ad gradum virtutum, quas *purgati iam defaecatique animi* idem Macrobius appellat, et de quo agit Marinus cap. 21. De hoc genere multa dixerat Porphyrius in libris *de egreſſu animae*, ex quibus nonnulla in medium affert Auguſtinus libro X. praeſtantiſſimi operis de civitate Dei. Haec eſt, quam idem Porphyrius in ſententiis **) vocat, *mors Philoſophorum*, cuius meditationem Philoſophiam eſſe affirmat apud

---

*) Pag. 43. [c. 18.]

**) Porphyr. ſentent. 7. *ὁ γοῦν θάνατος διπλοῦς, ὁ μὲν συνεγνωσμένος, λυομένου τοῦ σώματος ἀπὸ ψυχῆς· ὁ δὲ τῶν φιλοσόφων, λυομένης τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος.*

Platonem *) Socrates. Cum vero ad *κάθαρσιν* illam diversis modis paulatim perveniri posse senserint Philosophi, forte non ab re hoc loco fuerit verba Olympiodori de triplici purgatione, Pythagorica, Socratica et Peripatetica sive Stoica, adscribere ex commentario eius inedito ad Alcibiadem Platonis: *Τρεῖς εἰσὶ τρόποι καθάρσεως, Πυθαγορικὸς, Σωκρατικὸς, Περιπατητικὸς ἢ Στωϊκός. Καὶ ὁ μὲν Στωϊκὸς διὰ τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία ἰᾶται, τῷ μὲν θυμῷ τὴν ἐπιθυμίαν ἐπάγων, καὶ οὕτω μαλάσσων αὐτὴν, τὴν δὲ ἐπιθυμίαν τῷ θυμῷ, καὶ οὕτω ῥωννύων αὐτὴν καὶ ἀνάγων πρὸς τὸ ἀνδρικώτερον, δίκην τῶν κεκαμμένων ῥάβδων, ἃς οἱ θέλοντες εὐθῦναι πρὸς τὸ ἐναντίον περιλυγίζουσιν, ἵνα ἐκ τῆς εἰς τὸ ἐναντίον περιφορᾶς τὸ σύμμετρον ἀναφανῇ. Οὕτως καὶ ἐπὶ ψυχῆς ἐκ τοῦ τοιούτου τρόπου ἁρμονίαν ἐμποιεῖν ἐπετήδευον. Ὁ δὲ Πυθαγορικὸς ἐστιν ὁ μικρὸν κελεύων ἐνδιδόναι τοῖς πάθεσι, καὶ ὥσπερ ἄκρῳ δακτύλῳ αὐτῶν ἀπογεύεσθαι, ὃ φασὶν οἱ ἰατροὶ σμικρῷ ἔλαττον. Ἔλεγον γὰρ, ὅτι οἱ φλεγμαίνοντες πάθει τινὶ εἰ μὴ κατὰ αὐτὸ ἐνεργήσωσιν, οὐ πρότερον αὐτοῦ ἀφίστασθαι. Οὕτω γὰρ ἐπὶ τοῦ Πανδάρου πεποίηκεν ἡ Ἀθηνᾶ, θέλοντος ἐπιορκῆσαι, ἐνδέδωκεν αὐτῷ, διὸ καὶ τελευταῖον τῇ γλώσσῃ πεποίηται κολαζόμενος εἰς τὴν γενομένην ὄργανον αὐτῷ τῆς ἐπιορκίας. Ὁ δὲ Σωκρατικὸς τρόπος τῆς καθάρσεως ἀπὸ τῶν ὁμοίων ἐπὶ τὰ ὅμοια μετάγει, εἰ μέν τις ἔστι φιλοχρήματος, λέγων, μάθε, τίς ἡ ὄντως αὐτάρκεια, εἰ δὲ φιλήδονος, τίς ἡ θεία ῥαστώνη, καὶ ἁπλῶς ὅσα προείρηται. Κρείττων δὲ ὁ τοιοῦτος τρόπος τῶν ἄλλων. Ὁ μὲν γὰρ κακῷ τὸ κακὸν ἰᾶται, εἴγε πάθος πάθει, ὁ δὲ οὐκ ἐᾷ τὴν ψυχὴν ἀκηλίδωτον διὰ τῆς ἐπαφῆς τῶν παθῶν.* Eadem tria genera *καθάρσεων* illustrantem vide sis Danielem Heinsium in libro de satyra Horatiana.

---

*) In Phaedone et 7. de Rep. Adde Macrob. I. 13. in Somn. Iulian. Orat. 6. pag. 190. Naz. Epist. 70. et ex recentioribus Holsten. pag. 48. de vita Porphyr. Cudworth. pag. 792. Ioh. Lud. Fabric. pag. 49. sq. Opp. Theolog. Ioh. Faes. ad Gyraldum pag. 706. edit. secundae.

pag. 44. ſq. Alia tria genera ſublimiora purgationum animae memorat Proclus noſter commentario in eundem Alcibiadem itidem inedito his verbis: *Τριττὴ ἡ ἀληθινὴ κάθαρσις τῆς ψυχῆς, ἡ μὲν διὰ τελεστικῆς, περὶ ἧς ὁ ἐν Φαίδρῳ Σωκράτης λέγει· ἡ δὲ διὰ φιλοσοφίας, περὶ ἧς ὁ ἐν Φαίδωνι λέλεκται πολλά. Καὶ γὰρ ἡ φρόνησις ἐκεῖ καὶ ἑκάστη τῶν ἄλλων ἀρετῶν καθαρμός τις ἐπωνόμασται. Ἡ δὲ διὰ τῆς ἐπιστήμης ταύτης τῆς διαλεκτικῆς* (de qua in Alcibiade I.) *εἰς ἀντίφασιν περιάγουσα καὶ τὴν ἀνωμαλίαν ἀπελέγχουσα τῶν δογμάτων, καὶ τῆς διπλῆς ἡμᾶς ἀγνοίας ἀπαλλάττουσα.* Quemadmodum autem per virtutes *καθαρτικὰς* a corpore ſe liberat animus, ita per theoreticas, quas virtutes animae intellectualiter operantis vocat *) Porphyrius, altius adhuc ire geſtit, naturamque ſuam vincere ac ſe ipſo ſuperior fieri conatur, *τὴν ἑαυτοῦ λογικὴν ζωὴν ὑπερτρέχων*, ut loquitur dicto loco Simplicius, *καὶ ὅλος εἶναι βουλόμενος τῶν κρειττόνων. Vita rationi conſentanea ſive homine digna non contentus, quantus quantus eſt, Deorum eſſe divinamque vitam degere ſtudet.* In his nefas eſt paſſiones ſive perturbationes animi vel nominari, quas virtutes ethicae politicaeque emolliunt, iam auferunt purgatoriae, virtutes purgati animi altae oblivioni tradunt. Duo tamen circa has theoreticas virtutes probe obſervanda monent Philoſophi, primum quidem, ne temere illas iactent ſibique vindicent, qui ad inferiores nondum adſpirarunt. *Καὶ ἄλλως ἀναγκαῖον*, inquit Philo **) Iudaeus libro de profugis, *τοὺς τῶν θείων ἀξιοῦντας μεταποιεῖσθαι δικαίων τὰ ἀνθρώπεια πρότερον ἐκπληρῶσαι. Πολλὴ γὰρ εὐήθεια τῶν μειζόνων ὑπολαμβάνειν ἐφίξεσθαι, ἀδυνατοῦντας τῶν ἐλαττόνων περιγίνεσθαι.* Et paulo ante: *τὸν γὰρ πρακτικὸν τοῦ θεωρητικοῦ βίον δεῖ προαγῶνά τινα ἀγῶνος τελειοτέρου*

---

*) Porphyr. ſentent. num. 34. pag. 237. edit. Cantabrig.

**) Philo pag. 356. edit. Genev. Confer eiusd. librum *περὶ βίου θεωρητικοῦ.*

καλὸν πρότερον διαθλῆσαι. Alterum, ut, qui in ſublimi illo gradu vitae theoreticae ſunt conſtituti, meminerint tamen, non in campis Elyſiis, ſed adhuc inter homines ſe verſari, quoad in hac vita degunt, adeoque ferant imbecilliores, et quam ſapientem Protei artem laudat Syneſius epiſt. 136. diſcant *συνεῖναι τοῖς ἀνθρώποις οὐ θείως,* *) *ἀλλὰ πολιτικῶς,* ne vel alios deterreant paradoxo ſuo vivendi genere iisque moleſti ſint, incidantve in arrogantiam inſolentemque aliorum contemtum, contemnendi viciſſim aliis ac deridendi, imo fugiendi et praeter rem exoſum inviſumque redditurі ſtudium ſapientiae.

Supereſt, ut verbo dicamus de *virtutibus phyſicis,* quae primo ſtatim loco apud Marinum noſtrum memorantur, et infimum gradum abſolvunt. Proprie nimirum non ſunt virtutes, quae a ratione et voluntate hominis proficiſcuntur, ſed dotes, quibus a natura corpus hominis ornatur, ut commodum inſtrumentum praebeat animae. Talia utique dicenda ſunt ſanitas, bonus habitus ſenſuum, robur et agilitas, forma denique praeſtans ac concinna membrorum proportio. Hoc genus virtutum Proclus in Alcibiadem vocat *ἐσκιαγραφημένον ὑπὸ τῆς φύσεως καὶ ἀτελὲς ἔσχατον ἴχνος τοῦ ἀληθοῦς, imperfectam ſpeciem virtutis a natura adumbratam, et leviſſimum veſtigium veri boni.*

Atque haec dicta ſufficiant de quatuor virtutibus earumque diverſis gradibus, quibus praeceptorem ſuum enituiſſe oſtendit Marinus, perinde uti Ammianus Marcellinus Iulianum Imp. de quo ita ſcribit lib. 25. cap. 4.

---

*) Alia duo genera vitae practicae Philoſopho dignae memorat Hierocles p. 309. *τοῦ δὲ πρακτικοῦ δύο θῶμεν εἴδη, πολιτικὸν καὶ τελεστικὸν, τὸ μὲν διὰ τῶν ἀρετῶν ἀποκαθαῖρον ἡμᾶς, τὸ δὲ διὰ τῶν ἱερῶν μεθόδων τὰς ὑλικὰς φαντασίας ἀποτέμνον.* Ubi *τῷ πολιτικῷ* ſive vitae ad normam virtutum moralium exactae opponit *τὸ τελεστικὸν,* hoc eſt vitam in ſacris myſteriisque obeundis occupatam. Syneſius autem ei opponit genus vivendi *θεῖον,* ſive quod conſiſtit in exercitio aſſiduo virtutum theoreticarum.

Cum enim ſint, ut ſapientes definiunt, virtutes quatuor praecipuae, temperantia, prudentia, iuſtitia, fortitudo, eisque accidentes extrinſecus aliae, ſcientia rei militaris, autoritas, felicitas atque liberalitas, intento ſtudio coluit omnes ut ſingulas. Pluribus hoc deinde perſequitur ſcriptor eruditus, abunde laudari eum exiſtimans, qui ita laudatur. Ac Chriſtianos quoque principes hoc laudis genere efferri non inſuetum fuiſſe, teſtatur vetus icon Caroli Calvi, quatuor virtutum cardinalium imagines adiunctas habens, cuius meminit Iohannes Mabillonius T. 1. Muſei Italici p. 71. ſeq.

Sed iam denique tempus eſt, ut ad Marinum ipſum te, Lector, dimittam, dum monuero, ſectiones in capita, quibus Procli vitam diſtinctam vides, non antiquas eſſe, ſed a me recens additas ad allegandi reperiendique facilitatem, tum quoque ad voluptatem legentium, quorum plerique, velut in itinere peregrinantes, eiusmodi interſtitiis neſcio quomodo delectantur ac reficiuntur.

ΜΑΡΙΝΟΥ ΝΕΑΠΟΛΙΤΟΥ
ΠΡΟΚΛΟΣ
Η ΠΕΡΙ ΕΥΔΑΙΜΟΝΙΑΣ.

ά.

Εἰ μὲν εἰς τὸ μέγεθος τῆς ψυχῆς ἢ τὴν ἄλλην ἀξίαν p. 1.
ἔβλεπον τοῦ καθ' ἡμᾶς γεγονότος φιλοσόφου Πρόκλου, Edit. Fabric.
ἔτι δὲ εἰς τὴν παρασκευὴν καὶ τὴν ἐν τῷ λέγειν δύναμιν τῶν
ἀναγράφειν ὀφειλόντων τὸν ἐκείνου βίον, καὶ πρὸς τούτοις
ἑώρων τὴν ἐμὴν ἐν τοῖς λόγοις οὐδένειαν, καλῶς ἂν ἔχειν
ἔδοξέ μοι ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ μὴ (τὸ λεγόμενον) ὑπὲρ τὰ
ἐσκαμμένα ἅλλεσθαι, καὶ τοιοῦτον ἐκ τοῦ λέγειν ἀναῤῥι-
πτεῖν κίνδυνον. Νυνὶ δὲ οὐ ταύτῃ παραμετρῶν τὸ ἡμέτε-
ρον, ἐνθυμούμενος δὲ, ὅτι κἂν τοῖς ἱεροῖς οἱ τοῖς βωμοῖς
προσιόντες οὐκ ἐκ τῶν ἴσων ἕκαστοι τὰς ἁγιστείας ποιοῦν-
ται, ἀλλ' οἱ μὲν διὰ ταύρων ἢ αἰγῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν p. 2.
τοιούτων ἐπιτηδείους ἑαυτοὺς παρασκευάζουσι πρὸς τὴν
μετουσίαν τῶν θεῶν ὧν οἱ βωμοὶ, καὶ δὴ καὶ τοὺς ὕμνους
κομψότερον ἐργάζονται τοὺς μὲν ἐν μέτρῳ, τοὺς δὲ καὶ
ἄνευ μέτρου, ἕτεροι δὲ τούτων μὲν οὐδὲν ἔχοντες προσάγειν,
πόπανον δὲ μόνον καὶ χόνδρον, εἰ τύχοι, λιβανωτοῦ θύον-
τες, καὶ βραχεῖ δέ τινι προσρήματι τὰς ἐπικλήσεις ποιού-
μενοι, οὐδὲν ἧττον ἐκείνων εὐηκοΐας ἀπολαύουσιν· ταῦτα
λογιζόμενος, καὶ προσέτι δεδιὼς κατ' Ἴβυκον μή τι, οὐ
παρὰ θεοῖς, ὥς που ἐκεῖνος ἔφη, παρὰ δὲ ἀνδρὶ σοφῷ
ἀμπλακὼν, τιμὰν πρὸς ἀνθρώπων ἀμείψω (δέδοικα γὰρ
μὴ οὐδὲ ὅσιον ᾖ μόνον ἐμὲ τῶν ὁμιλητῶν σιωπᾷν, καὶ μὴ
τὰ ἀληθῆ περὶ αὐτοῦ κατὰ δύναμιν ἱστορεῖν, καίτοι πρὸ
τῶν ἄλλων ἴσως ὀφείλοντα φθέγγεσθαι)· τάχα δὲ οὐδὲ p. 3.
τὴν παρὰ τῶν ἀνθρώπων τιμὴν ἀμείψω (οὐ γὰρ πάντως
οἰήσονταί με τὴν αὐθάδειαν εὐλαβούμενον, δι' ἀργίαν δὲ

τινα τῆς διανοίας ἢ καί τι ἄλλο δεινότερον τῆς ψυχῆς νόσημα, ἀπολιμπάνεσθαι τοῦ προκειμένου σκοποῦ)· ἐκ τούτων ἁπάντων καθεῖναι πάντως ἐμαυτὸν ἐδοκίμασα εἰς τὸ συγγράφειν ἔνια τῶν τοῦ φιλοσόφου μυρίων ὅσων ἐν τῷ βίῳ πλεονεκτημάτων, καὶ ὅλως τῶν περὶ αὐτὸν ἀληθῶς ἱστορημένων.

β΄.

Ἄρξομαι δὲ τοῦ λόγου οὐ τὸν εἰωθότα τρόπον τοῖς λογογράφοις, τοῖς κατὰ κεφάλαια τὸν λόγον ἐν τάξει μεθοδεύουσιν, ἀλλὰ τὴν εὐδαιμονίαν τοῦ μακαρίου ἀνδρὸς κρηπῖδα, οἶμαι, πρεπωδεστάτην τῷ λόγῳ θήσομαι. Καὶ γὰρ οἶμαι αὐτὸν εὐδαιμονέστατον γεγονέναι ἀνθρώπων
p. 4. τῶν ἐν μακρῷ τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ τεθρυλλημένων, οὐ κατὰ μόνην λέγω τὴν τῶν σοφῶν εὐδαιμονίαν, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ταύτην διαφερόντως ἐκέκτητο, οὐδ᾽ ὡς αὐτῷ τε τῆς ἀρετῆς εἶχεν αὐτάρκως πρὸς εὐζωΐαν, οὐδ᾽ αὖ πάλιν τὴν πρὸς τῶν πολλῶν ὑμνουμένην εὐποτμίαν, εἰ καὶ αὕτη πάλιν ἐκ τύχης αὐτῷ εὖ παρεσκεύαστο, εἴπερ τῳ ἄλλῳ ἀνθρώπων· κεχορήγητο γὰρ ἀφθόνως ἅπασι τοῖς ἔξωθεν λεγομένοις ἀγαθοῖς· τελείαν δέ τινα βούλομαι καὶ πάντη ἀνελλιπῆ ἐξ ἀμφοτέρων ἐκείνων εὐδαιμονίαν συνεστῶσαν εἰπεῖν.

γ΄.

Πρῶτον δὴ οὖν κατὰ γένη διελόμενοι τὰς ἀρετὰς, εἴς τε φυσικὰς, καὶ ἠθικὰς, καὶ πολιτικὰς, καὶ ἔτι τὰς ὑπὲρ ταύτας καθαρτικάς τε καὶ θεωρητικὰς, καὶ τὰς οὕτω δὴ καλουμένας θεουργικὰς, τὰς δὲ ἔτι ἀνωτέρω τούτων
p. 5. σιωπήσαντες, ὡς καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἤδη τεταγμένας, ἀπὸ τῶν φυσικωτέρων τὴν ἀρχὴν ποιησόμεθα· αἵτινες ἐκ γενετῆς τοῖς ἔχουσι συμφύτως ὑπάρχουσι, καὶ τῷ ὑμνουμένῳ δὲ παρ᾽ ἡμῶν ἀνδρὶ μακαρίῳ ἐκ τῆς πρώτης γενέσεως συγγενεῖς ἦσαν ἅπασαι· ὧν τὰ ἴχνη καὶ ἐν τῷ τελευταίῳ καὶ ὀστρεώδει αὐτοῦ περιβλήματι ἐναργῶς διεφαίνετο. Πρῶτον εὐαισθησία μέν τις ὑπερχίρουσα, ἣν δὴ φρόνησιν σωματικὴν ἐπονομάζουσι, καὶ μάλιστα τῶν τιμιωτάτων αἰ-

σθήσεων ὄψεως καὶ ἀκοῆς, αἳ δὴ καὶ πρὸς φιλοσοφίαν καὶ τὸ εὖ εἶναι παρὰ θεῶν τοῖς ἀνθρώποις δεδώρηνται, τούτῳ δὲ καὶ παρὰ πάντα τὸν βίον ἀσινεῖς αὗται διέμεινάν. Δευτέρα δὲ ἰσχὺς σωματικὴ, ἀπαθὴς μὲν ὑπὸ χειμώνων καὶ καυμάτων, ἄτρωτος δὲ καὶ ὑπὸ τῆς μοχθηρᾶς p. 6. καὶ ἠμελημένης διαίτης καὶ πόνων ἐκείνων οὓς νύκτωρ τε καὶ μεθ᾽ ἡμέραν ἐξήντλει, εὐχόμενος, καὶ τὰ δόγματα ἀνελίττων, καὶ συγγράφων, καὶ τοῖς ἑταίροις συγγινόμενος, καὶ ἕκαστον οὕτως ἐντόνως διαπραττόμενος, ὡς αὐτὸ ἐκεῖνο μόνον ἐπιτηδεύων· τὴν δὲ τοιαύτην δύναμιν εἰκότως ἄν τις ἀνδρείαν σωματικὴν προσαγορεύσειεν. Τρίτη δὲ αὐτῷ ὑπῆρξεν ἀρετὴ σώματος, ἡ κατὰ τὴν σωφροσύνην τεταγμένη, ἣν δὴ περὶ τὸ κάλλος τὸ σωματικὸν θεωρεῖν ἀξιοῦσι, καὶ τοῦτο εὐλόγως. Καθάπερ γὰρ ἐκείνη ἐν συμφωνίᾳ καὶ ὁμολογίᾳ θεωρεῖται τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων, οὕτω καὶ τὸ ἐν σώματι κάλλος ἐν συμμετρίᾳ τινὶ ὁρᾶται τῶν ὀργανικῶν αὐτοῦ μορίων. Ἰδεῖν δὲ ἦν σφόδρα ἐράσμιος· καὶ γὰρ οὐ μόνον αὐτῷ τὰ τῆς συμμετρίας εὖ εἶχεν, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἐπανθοῦν τῷ σώματι οἱονεὶ φῶς ζωτικὸν, θαυμάσιον ὅσον ἀπέστιλβε, καὶ οὐ p. 7. πανυ φράσαι τῷ λόγῳ δυνατόν. Οὕτω δὲ ἦν καλὸς ἰδεῖν, ὥστε μηδένα τῶν γραφέων ἐφικέσθαι αὐτοῦ τῆς ὁμοιότητος, πάσας δὲ τὰς φερομένας αὐτοῦ εἰκόνας, καίπερ καὶ αὐτὰς παγκάλους οὔσας, ὅμως ἔτι λείπεσθαι πολλῷ εἰς μίμησιν τῆς τοῦ εἴδους ἀληθείας. Τετάρτην δὲ τὴν ὑγίειαν βούλονται μὲν ἀναλογεῖν τῇ ἐν ψυχῇ δικαιοσύνῃ, καὶ εἶναι δικαιοσύνην τινὰ καὶ ταύτην ἐν σώματι, ὡς ἐκείνην ἐν ψυχῇ. Ἡ γὰρ ἀστασίαστα τὰ μόρια τῆς ψυχῆς ἀπεργαζομένη, οὐκ ἄλλη τίς ἐστιν ἕξις ἢ δικαιοσύνη, καὶ ἡ, ἐξ ἀτάκτων δὲ τῶν σωματικῶν στοιχείων, τεταγμένα αὐτὰ καὶ προσήγορα ἀλλήλοις ἀποτελοῦσα, ὑγίεια καὶ πρὸς τῶν Ἀσκληπιαδῶν ἐπονομάζεται. Καὶ αὕτη δὲ οὕτω καλῶς ἐκ σπαργάνων αὐτῷ δεδημι- p. 8. ούργητο, ὥστε καὶ ἔχειν αὐτὸν εἰπεῖν, ὁσάκις εἰς νόσον ὑπαχθείη τὸ σῶμα, ὡς δὶς μόνον ἢ καὶ τρὶς ἐν μακρῷ βίῳ καὶ ἔτεσιν ὅλοις πέντε καὶ ἑβδομήκοντα. Τεκμήριον δὲ τούτου ἱκανὸν, ᾧ καὶ αὐτὸς ἐπέστησα ἐν τῇ

τελευταίᾳ αὐτοῦ νόσῳ, τὸ μηδὲ πάνυ αὐτὸν διαγιγνώσκειν ὁποῖά ποτε ἦν τὰ προσπίπτοντα τῷ σώματι πάθη, διὰ τὴν πολλὴν αὐτῶν ἀπειρίαν.

δ΄.

Καὶ ταῦτα μὲν εἰ καὶ σωματικά ἐστι τὰ πλεονεκτήματα, ἀλλὰ πρόσδρομα ἴσως ἄν τις καλέσειε τῶν τῆς τελείας ἀρετῆς διακεκριμένων εἰδῶν. Τὰ δέ γε περὶ τὴν ψυχὴν πρῶτα καὶ αὐτοφυῶς καὶ αὐτοδιδάκτως συμφύντα αὐτῷ, καὶ ταῦτα μέρη τῆς ἀρετῆς, θαυμάσειεν ἄν τις
p. 9. ὡς ταῦτα ἐκεῖνα ἐτύγχανεν ὄντα, ὅσα Πλάτων στοιχεῖα εἶναι βούλεται τῆς φιλοσόφου φύσεως. Καὶ γὰρ μνήμων ἦν καὶ εὐμαθὴς καὶ μεγαλοπρεπὴς καὶ εὔχαρις, φίλος τε καὶ συγγενὴς ἀληθείας, δικαιοσύνης, ἀνδρείας, σωφροσύνης. Οὐδαμοῦ γὰρ ἑκὼν εἶναι ψεῦδος προσήκατο, ἀλλὰ πάνυ μὲν ἐμίσει, τὴν δὲ ἀψεύδειαν καὶ ἀλήθειαν ἔστεργεν. Ἔδει δὲ ἄρα τὸν μέλλοντα τῆς τοῦ ὄντος ἀληθείας ἐφάπτεσθαι, εὐθὺς ἐκ νέου ὅτι μάλιστα ταύτης ὀρέγεσθαι. Ἀλήθεια γὰρ πάντων μὲν ἀγαθῶν θεοῖς ἡγεῖται, πάντων δὲ ἀνθρώποις. Ὅτι δὲ καὶ πρὸς τὰς μὲν σωματικὰς ἡδονὰς ὑπερηφάνως εἶχε, σωφροσύνης δὲ ἦν φίλος ὅτι μάλιστα, ἱκανὴ, οἶμαι, καὶ μόνη παρα-
p.10. στῆσαι ἡ πρὸς τὰ μαθήματα αὐτοῦ καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον εἶδος σφοδροτέρα ἔφεσίς τε καὶ ῥοπή· αἳ δὴ τὴν μὲν ζωώδη καὶ φορτικὴν ἡδονὴν οὐδὲ ἐγγενέσθαι τὴν ἀρχὴν συγχωροῦσι, τὴν δὲ τῆς ψυχῆς αὐτῆς καθ' αὑτὴν εὐφροσύνην ἐμποιεῖν δύνανται· φιλοχρηματίας δὲ οὐδέ ἐστιν εἰπεῖν ὅσον ἀφειστήκει· ὅς γε καὶ τῶν πατέρων, καίτοι πλούτῳ διαφερόντων, τῆς οὐσίας ἐκ παίδων ὠλιγώρει, διὰ τὸν περὶ φιλοσοφίαν πολὺν ἔρωτα. Ἐντεῦθεν δὲ καὶ πρὸς ἀνελευθερίαν καὶ τὴν λεγομένην μικρολογίαν ἀλλοτριώτατα διέκειτο, ἅτε τοῦ ὅλου καὶ παντὸς ὀρεγόμενος θείου τε καὶ ἀνθρωπίνου. Ἐκ δὲ τῆς τοιαύτης διανοίας μεγαλοπρεπὴς γενόμενος, οὐδὲν ᾤετο εἶναι τὸν ἀνθρώπινον βίον, οὐδὲ τὸν θάνατον, ὥσπερ ἕτεροι,
p.11. δεινόν τι εἶναι ὑπελάμβανεν· πρὸς ἅπαντα δὲ τὰ δοκοῦντα τοῖς ἄλλοις εἶναι φοβερὰ ἀδεῶς εἶχε καὶ ἐκ μόνης

τῆς φυσικῆς ταύτης ἐπιτηδειότητος, ἣν οὐκ ἄλλην τινὰ ἀρετὴν, ἀνδρείαν δὲ μόνην προσήκει καλεῖν. Ἐκ δὲ τούτων αὐτῶν δῆλον ἤδη που καὶ παντὶ καὶ τῷ μὴ πειρασθέντι τῆς ἐκείνου εὐφυΐας, ὡς εὐθὺς ἐκ νέου δικαιοσύνην τε ἠγάπα, καὶ δίκαιός τε ἦν καὶ ἥμερος, καὶ οὐδαμῶς δυσκοινώτητος ἢ δυσξύμβολος ἢ ὅλως ἄδικος· ἐπείπερ κόσμιος καὶ οὐ φιλοχρήματος, οὐδὲ ἀνελεύθερος, οὐδὲ ἀλαζὼν, ἢ δειλὸς ἡμῖν ἐφάνη τὴν φύσιν.

ε'.

Τὸ δὲ δὴ εὐμαθὲς αὐτοῦ καὶ γόνιμον τῆς ψυχῆς μὴ καὶ περιττὸν ᾖ ἐγκαταλέγειν, καὶ μάλιστα πρὸς τοὺς ἰδόντας ἢ καὶ ἀκούσαντας, ὅσων μὲν ἐγκύμων ἐγένετο παγκάλων μαθημάτων, ὅσα δὲ αὐτὸς ἀπέτεκε καὶ εἰς φῶς p.12.
τοῖς ἀνθρώποις ἐξέδωκε, καὶ ὅτι μόνος οὗτος οὐδὲν τοῦ πόματος τῆς λήθης ἐδόκει πεπωκέναι. Μνημονικὴν δὲ ἔχων δύναμιν, οὐδαμῆ ἐδυσχέραινεν, οὐδὲ τὸ τῶν ἐπιλανθανομένων πάθος ὑπέμενεν, ἑαυτὸν δὲ ἀπεδέχετο ὡς καθεκτικῶς ἔχοντα τῶν μαθημάτων, καὶ τὴν περὶ ταῦτα πρᾶξιν μόνην ἠσπάζετο. Πόῤῥω δὲ ἦν καὶ τῆς ἀμούσου καὶ τραχυτέρας φύσεως, συγγενῶς δὲ εἶχε πρὸς τὰ ἀμείνω· καὶ γὰρ διὰ τὸ ἐν ταῖς κοιναῖς συνουσίαις καὶ ταῖς ἱεραῖς αὐτοῦ ἑστιάσεσι, καὶ ταῖς ἄλλαις δὲ πράξεσιν ἀστεῖόν τε καὶ εὔχαρι, καὶ ταῦτα δὲ οὐκ ἔξω τοῦ σεμνοῦ, τοὺς συνόντας ἀεὶ ἐπήγετο, καὶ εὐθυμοτέρους ἀπέπεμπεν.

ς'.

Τούτοις δὴ ἅπασι καὶ τοῖς ἄλλοις φυσικοῖς ἀγαθοῖς p.13.
ἐξ ἀρχῆς αὐτὸν συμπεφυκότα, τίκτει μὲν Μάρκελλα μήτηρ Πατρικίῳ κατὰ νόμον συναρμοσθεῖσα. Λύκιοι δὲ οὗτοι ἄμφω γένει τε καὶ ἀρετῇ ὑπερφέροντες. Ὑποδέχεται δὲ αὐτὸν καὶ οἱονεὶ μαιεύεται ἡ τοῦ Βυζαντίου πολιοῦχος, ἥτις τότε μὲν αὐτῷ τοῦ εἶναι γέγονεν αἰτία, τεχθέντι κατὰ τὴν αὐτῆς πόλιν, χρόνῳ δὲ ὕστερον, καὶ τοῦ καλῶς εἶναι προὐνοήσατο, ἡνίκα εἰς παῖδας ἤδη καὶ μειρακίσκους ἐτέλει. Αὕτη γὰρ αὐτῷ ὄναρ φαινομένη, ἐπὶ φιλοσοφίαν παρεκάλει. Ὅθεν, οἶμαι, αὐτῷ συνέβη p.14.

καὶ πολλὴ οἰκειότης περὶ τὴν θεὸν, ὥστε καὶ ἐξαιρέτως τὰ ταύτης ὀργιάζειν, καὶ ἐνθουσιαστικώτερον αὐτῆς τοὺς θεσμοὺς μετιέναι. Ἄγουσι δὲ αὐτὸν τέως οἱ πατέρες τεχθέντα εἰς τὴν ἑαυτῶν πατρίδα, τὴν ἱερὰν τοῦ Ἀπόλλωνος Ξάνθον, καὶ ταύτην κατὰ θεῖόν τινα κλῆρον πατρίδα αὐτοῦ γενομένην. Ἔδει γὰρ, οἶμαι, τὸν μέλλοντα πασῶν ἐπιστημῶν ἡγεῖσθαι, ὑπὸ τῷ μουσηγέτῃ θεῷ τροφῆς τε καὶ παιδείας μεταλαγχάνειν. Ἔνθα δὴ τοῖς καλλίστοις ἤθεσι παιδαγωγούμενος τὰς ἠθικὰς ἀρετὰς ἐπεκτήσατο, προσεθιζόμενος φιλεῖν τε ἃ δεῖ πράττειν καὶ ἀποστρέφεσθαι τὰ μὴ τοιαῦτα.

ζ΄.

Τηνικαῦτα δὲ σαφῶς καὶ τὸ θεοφιλὲς συγγενὲς πολὺ
p.15. ἔχων ἐδείχθη. Κάμνοντος γάρ αὐτῷ ποτὲ τοῦ σώματος
ὑπὸ νόσου, καὶ χαλεπῶς ἤδη καὶ ἀνιάτως διακειμένου,
παρέστη τῇ κλίνῃ ὑπερφαινόμενος παῖς, ὃς ἐδόκει νέος
κομιδῇ καὶ ὡραῖος ἰδεῖν. Εἰκάσαι δὲ ἦν αὐτὸν εἶναι τὸν
Τελεσφόρον καὶ πρὶν τὸ ὄνομα εἰπεῖν. Εἰπὼν δὲ ὅμως
ὅστις εἴη καὶ τὸ ὄνομα ἐπιφθεγξάμενος, καὶ τῆς κεφαλῆς
ἐφαψάμενος (αὐτοῦ γάρ που καὶ εἱστήκει τῷ προσκεφα-
λαίῳ ἐπαναπαυόμενος), ὑγιῆ ἐξαίφνης ἐκ κάμνοντος ἀπε-
τέλεσε, καὶ οὕτως ἀφανὴς αὐτῷ ἐγένετο. Τοῦτο μὲν οὕτω
θεῖον τότε καὶ θεοφιλὲς τῷ μειρακίῳ ὑπήρχθη.

η΄.

Ἐπ᾽ ὀλίγον δὲ ἐν Λυκίᾳ φοιτήσας γραμματικῷ, ἀπ-
ῆρεν εἰς τὴν πρὸς Αἰγύπτῳ Ἀλεξάνδρειαν, ἐπαγόμενος
p.16. ἤδη καὶ τὰ τῆς περὶ τὸ ἦθος ἀρετῆς ἰδιώματα, οἷς δὴ
καὶ τοὺς ἐκεῖσε διδασκάλους εἷλε. Λεωνᾶς γοῦν ὁ σοφι-
στὴς, Ἴσαυρος, οἶμαι, τὸ γένος, καὶ εὐδοκιμῶν ἐν τῷ
πλήθει τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὁμοτέχνων, οὐ μόνον αὐτῷ
λόγων τῶν ἑαυτοῦ ἐκοινώνησεν, ἀλλὰ καὶ σύνοικον ἔχειν
ἠξίου, καὶ συνδιαιτᾶσθαι γυναικὶ καὶ τέκνοις παρεσκεύα-
σεν, οἷα παῖδα αὐτῷ γνήσιον καὶ τοῦτον γενόμενον. Γνώ-
ριμον δὲ αὐτὸν ἐποίει καὶ τοῖς τὰς ἡνίας ἔχουσι τῆς Αἰ-
γύπτου, οἳ δὴ καὶ αὐτοὶ ἀγασθέντες τοῦ νέου τὴν φυσι-

κὴν ὀξύτητα καὶ τὴν τοῦ ἤθους καλοκαγαθίαν, ἐν τοῖς φιλτάτοις ἔταττον. Ἐφοίτησε δὲ καὶ εἰς γραμματικοῦ Ὡρίωνος, ὃς ἦν ἐκ τοῦ παρ' Αἰγυπτίοις ἱερατικοῦ γένους p.17. καταγόμενος, καὶ μετρίως τὰ τῆς τέχνης ἐπεσκεμμένος οὕτως, ὥστε καὶ συγγραμμάτια ἑαυτοῦ ἴδια ἐκπονῆσαι, καὶ τοῖς μεθ' ἑαυτὸν χρήσιμα καταλιπεῖν. Ἐπλησίασε δὲ καὶ Ῥωμαϊκῶν διδασκαλείων διατριβαῖς, καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πολλὴν ἐπίδοσιν καὶ περὶ τοὺς τοιούτους ἔσχε λόγους· καὶ γὰρ ἤγετο τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τὸ τοῦ πατρὸς ἐπιτήδευμα, ἐφ' ᾧ δὴ ἐκεῖνος σφόδρα ὀνομαστὸς ἐγεγόνει, τὴν δικανικὴν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει δεόντως μεταχειρισάμενος. Μάλιστα δὲ ἐδόκει νέος ὢν χαίρειν τότε ῥητορικῇ, ἄγευστος ἔτι ὢν λόγων φιλοσόφων, καὶ πάνυ ηὐδοκίμει ἐπ' αὐτῇ, καὶ θαῦμα ἑαυτοῦ πολὺ παρεῖχε τοῖς τε συμφοιτῶσιν ἑταίροις καὶ αὐτοῖς τοῖς διδασκάλοις, ἐπί τε τῷ καλῶς λέγειν, καὶ ἐπὶ τῷ ῥᾳδίως ἐκμανθάνειν, καὶ p.18. ἔτι τῷ διδασκάλου μᾶλλον ἢ μαθητοῦ ἕξιν καὶ μελέτην ἔχειν.

θ'.

Ἔτι δὲ φοιτῶντα αὐτὸν Λεωνᾶς ὁ σοφιστὴς συνεκδημεῖν ἑαυτῷ παρασκευάζει τὴν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ἐπιδημίαν, ἣν καὶ αὐτὸς ἐποιεῖτο φίλῳ χαριζόμενος Θεοδώρῳ τῷ τῆς Ἀλεξανδρείας τότε ἄρχοντι, ἀνδρὶ ἀστείῳ καὶ μεγαλοπρεπεῖ καὶ φιλοσοφίας ἐραστῇ. Ὁ δὲ καὶ νέος ὢν προθυμότερον εἵπετο τῷ διδασκάλῳ, ἵνα μὴ αὐτῷ τὰ τῶν λόγων παραποδίζοιτο· τὸ δὲ ἀληθέστερον εἰπεῖν, τύχη τις αὐτὸν ἀγαθὴ ἐπανῆγεν αὖθις ἐπὶ τὴν τῆς γενέσεως αἰτίαν. Τότε γὰρ αὐτὸν ἐλθόντα προὔτρεψεν ἡ θεὸς εἰς φιλοσοφίαν, ἰδεῖν καὶ τὰς Ἀθήνησι διατριβάς· ἐπαν- p.19. ελθὼν δὲ πρότερον εἰς Ἀλεξάνδρειαν, καὶ ῥητορικῇ καὶ τοῖς ἄλλοις περὶ ἃ πρῴην ἐσπούδαζε χαίρειν εἰπὼν, τὰς τῶν ἐκεῖ φιλοσόφων μετεδίωκε συνουσίας. Καὶ φοιτᾷ ἐπὶ μὲν Ἀριστοτελικοῖς παρ' Ὀλυμπιόδωρον τὸν φιλόσοφον, οὗ κλέος εὐρύ· ἐπὶ δὲ μαθήμασιν Ἥρωνι ἐπέτρεψεν ἑαυτὸν, ἀνδρὶ θεοσεβεῖ, καὶ τελείαν παρασκευὴν ἐσχηκότι τῶν κατὰ παίδευσιν ὁδῶν. Τοσοῦτον δὲ καὶ οὗτοι

p.20. οἱ ἄνδρες τὸ ἦθος τοῦ μειρακίου ἠγάσθησαν, ὥστε τὸν μὲν Ὀλυμπιόδωρον θυγάτριον ἔχοντα, ἠγμένον καὶ αὐτὸ φιλοσόφως, βουληθῆναι αὐτῷ κατεγγυῆσαι, τὸν δὲ Ἥρωνα θαῤῥῆσαι αὐτῷ τὸν τρόπον ἅπαντα τῆς ἑαυτοῦ θεοσεβείας, καὶ ὁμοέστιον συνεχῶς ποιεῖσθαι. Ὀλυμπιοδώρου δὲ ἀκροώμενος ἀνδρὸς δυνατοῦ λέγειν, καὶ διὰ τὴν περὶ τοῦτο εὐκολίαν καὶ ἐντρέχειαν ὀλίγοις τῶν ἀκουόντων ὄντος ἐφικτοῦ, ἐξιὼν αὐτὸς μετὰ τὴν συνουσίαν, ἅπαντα πρὸς τοὺς ἑταίρους τὰ τῶν πράξεων ἀπεμνημόνευεν ἐπ' αὐτῶν λέξεων, πλεῖστα ὄντα, ὥς μοί
p.21. τις εἶπε τῶν συμφοιτητῶν, Οὐλπιανὸς ὁ Γαζαῖος, ἀνὴρ καὶ οὗτος τὴν ζωὴν ἱκανῶς φιλοσοφήσας. Καὶ αὐτὰ δὲ τὰ Ἀριστοτέλους λογικὰ συγγράμματα ῥᾷστα ἐξεμάνθανε, καίτοι χαλεπὰ ὄντα τοῖς ἐντυγχάνουσι, καὶ πρὸς μόνην ψιλὴν ἀνάγνωσιν.

ι.

Τούτοις οὖν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ συσχολάσας, καὶ καθόσον αὐτοὶ δυνάμεως εἶχον, τῆς συνουσίας αὐτῶν ἀπονάμενος, ἐπειδὴ, ἐν τῇ συναναγνώσει τινὸς, ἔδοξεν αὐτῷ οὐκέτι ἀξίως τῆς τοῦ φιλοσόφου διανοίας φέρεσθαι ἐν ταῖς ἐξηγήσεσιν, ὑπεριδὼν ἐκείνων τῶν διδασκαλείων, ἅμα δὲ καὶ μεμνημένος τῆς ἐν τῷ Βυζαντίῳ θείας ὄψεως καὶ παρακελεύσεως, ἐπὶ τὰς Ἀθήνας ἀνήγετο σὺν
p.22. πομπῇ τινὶ πάντων τῶν λογίων καὶ τῶν φιλοσοφίας ἐφόρων θεῶν τε καὶ δαιμόνων ἀγαθῶν. Ἵνα γὰρ ἀνόθευτος ἔτι καὶ εἰλικρινὴς σώζηται ἡ Πλάτωνος διαδοχὴ, ἄγουσιν αὐτὸν οἱ θεοὶ πρὸς τὴν τῆς φιλοσοφίας ἔφορον, ὡς ἐναργῶς ἐδήλωσε καὶ τὰ προοίμια αὐτοῦ τῆς ἐπιδημίας, καὶ οἱ γενόμενοι θεῖοι ὄντως σύμβολοι προμηνύοντες αὐτῷ σαφῶς τὸν ἀπὸ τοῦ πατρὸς κλῆρον, καὶ τὴν ἄνωθεν ἐσομένην ψῆφον τῆς διαδοχῆς. Ὡς γὰρ εἰς τὸν Πειραιᾶ κατῆρε, καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει κατεμηνύθη τοῦτο, Νικόλαος ὁ ὕστερον μὲν περιφανὴς ἐπὶ
p.23. σοφιστικῇ γενόμενος, τηνικαῦτα δὲ σχολάζων τοῖς ἐν Ἀθήναις διδασκάλοις, κατέβη εἰς τὸν λιμένα ὡς πρὸς γνώριμον, ὑποδεξόμενός τε αὐτὸν καὶ ξεναγήσων ὡς πο-

λίτην· Λύκιος γὰρ καὶ ὁ Νικόλαος. Ἦγεν οὖν αὐτὸν ἐπὶ τὴν πόλιν. Ὁ δὲ ἐκ τοῦ βαδίζειν κόπου ᾔσθετο κατὰ τὴν ὁδὸν, καὶ περὶ τὸ Σωκρατεῖον, οὔπω εἰδὼς οὐδὲ ἀκηκοὼς ὅτι Σωκράτους αὐτοῦ που ἐγίγνοντο τιμαὶ, ἠξίου δὴ τὸν Νικόλαον ἐπιμένειν τε αὐτόθι βραχὺ καὶ καθέζεσθαι, ἅμα δὲ καὶ εἰ ἔχοι ποθὲν ὕδωρ, αὐτῷ πορίσασθαι· καὶ γὰρ δίψει πολλῷ, ὡς ἔλεγε, κατείχετο. Ὁ δὲ ἑτοίμως αὐτῷ, καὶ τοῦτο οὐκ ἀλλαχόθεν ποθὲν, ἐξ αὐτοῦ δὲ ἐκείνου τοῦ ἱεροῦ χωρίου ἐποίει φέρεσθαι· οὐδὲ γὰρ πόῤῥω ἦν ἡ πηγὴ τῆς Σωκράτους στήλης. Πιόντι δὲ αὐτῷ, σύμ- p.24.
βολον ὁ Νικόλαος, καὶ τότε πρῶτον ἐπιστήσας, εἶπεν, ὡς τῷ Σωκρατείῳ εἴη ἐνιδρυθεὶς, καὶ πρῶτον ἐκεῖθεν Ἀττικὸν ὕδωρ πιών. Ὁ δὲ ἐξαναστὰς καὶ προσκυνήσας, ἐπὶ τὴν πόλιν ἐπορεύετο. Ἀναβάντι δὲ αὐτῷ καὶ εἰς τὴν ἄκραν, περιτυγχάνει ὁ θυρωρὸς πρὸς τῇ εἰσόδῳ, ἤδη τὰς κλεῖς ἐπιτιθέναι μέλλων ταῖς θύραις, ὥστε καὶ εἰπεῖν πρὸς αὐτὸν (ἐπ' αὐτῶν δὲ ἐρῶ τῶν τοῦ ἀνθρωπίου ῥημάτων)· „Ἀληθῶς, εἰ μὴ ἦλθες, ἔκλειον." Καὶ τίς ἂν ἐγένετο σύμβολος τούτου σαφέστερος, καὶ οὐδὲ Πόλλητος ἢ Μελάμποδος ἢ τῶν ὁμοίων εἰς κρίσιν δεόμενος;

ιά.

Ὑπερφρονήσας δὲ κἀνταῦθα τῶν ῥητορικῶν διατρι- p.25.
βῶν, καίτοι περιμάχητος τοῖς ῥητορικοῖς γενόμενος, ὡς δὴ καὶ ἐπ' αὐτὸ τοῦτο ἥκων, ἐντυγχάνει πρώτῳ τῶν φιλοσόφων Συριανῷ τῷ Φιλοξένου· παρῆν δὲ τῇ συνουσίᾳ καὶ Λαχάρης, ἀνὴρ διακορὴς μὲν γενόμενος καὶ τῶν φιλοσόφων λόγων, καὶ συμφοιτητὴς ἐν τούτοις αὐτοῦ τοῦ φιλοσόφου, ἐπὶ σοφιστικῇ δὲ τοσοῦτον ἑαυτοῦ θαῦμα ἐγείρας, ὅσον Ὅμηρος ἐπὶ ποιητικῇ. Παρῆν οὖν, ὡς ἔφην, καὶ οὗτος· καιρὸς δὲ ἔτυχεν ὢν ὁ τῆς δείλης ὀψίας. Ἤδη γοῦν αὐτῶν διαλεγομένων, ἐν δυσμαῖς μὲν ἥλιος ἐγίγνετο, σελήνη δὲ ἀπὸ συνόδου πρῶτον ἐφαίνετο. Ἀποπέμπειν p.26.
οὖν ἐπειρῶντο, προσειπόντες, τὸν νέον, ὡς ξένον, ἵνα δὴ σχολὴν ἔχοιεν αὐτοὶ ἐφ' ἑαυτῶν προσκυνεῖν τὴν θεόν· ὁ δὲ ὀλίγον προελθὼν, καὶ θεασάμενος καὶ αὐτὸς ἐκ τοῦ αὐτοῦ οἴκου φαινομένην τὴν σελήνην, ὑπολυσάμενος αὐτόθι ἀ-

ἦν αὐτῷ ὑποδήματα, ὁρώντων ἐκείνων, τὴν θεὸν ἠσπάζετο. Ἐνταῦθα δὴ ὁ Λαχάρης ἐκπλαγεὶς τοῦ μειρακίου τὴν παῤῥησίαν, πρὸς τὸν φιλόσοφον εἶπε Συριανὸν τοῦτο
p.27. ἐκεῖνο τῷ Πλάτωνι δαιμονίως εἰρημένον ἐπὶ τῶν μεγάλων φύσεων· „Οὗτος γὰρ" ἔφη „ἢ μέγα ἀγαθὸν ἔσται, ἤγε τούτῳ ἐναντίον." Καὶ τοιαῦτα μὲν, ὡς ὀλίγα ἐκ πολλῶν εἰπεῖν, ἐγένετο τῷ φιλοσόφῳ θεόθεν τὰ σημεῖα, ἄρτι ἐπιδημήσαντι ταῖς Ἀθήναις.

ιβ'.

Παραλαβὼν δὲ αὐτὸν ὁ Συριανὸς προσάγει τῷ μεγάλῳ Πλουτάρχῳ τῷ Νεστορίου. Ὁ δὲ νέον μὲν ἰδὼν καὶ οὐδὲ ὅλον εἰκοστὸν ἔτος ἄγοντα, ἀκούσας δὲ αὐτοῦ τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν πολλὴν ἔφεσιν τοῦ ἐν φιλοσοφίᾳ βίου, σφόδρα ἥσθη ἐπ' αὐτῷ, ὥστε καὶ ἑτοίμως ἑαυτὸν ἐπιδοῦναι αὐτῷ τῶν φιλοσόφων διατριβῶν, καὶ ταῦτα κωλυόμενος ὑπὸ τῆς ἡλικίας· μάλα γὰρ ἦν ἤδη πρεσβύτης. Ἀνα-
p.28. γινώσκει οὖν παρὰ τούτῳ Ἀριστοτέλους μὲν τὰ περὶ ψυχῆς, Πλάτωνος δὲ τὸν Φαίδωνα. Προὔτρεπε δὲ αὐτὸν ὁ μέγας καὶ ἀπογράφεσθαι τὰ λεγόμενα, τῇ φιλοτιμίᾳ τοῦ νέου ὀργάνῳ χρώμενος, καὶ φάσκων ὅτι, συμπληρωθέντων αὐτῷ τῶν σχολίων, ἔσται καὶ Πρόκλου ὑπομνήματα φερόμενα εἰς τὸν Φαίδωνα. Καὶ ἄλλως δὲ ἔχαιρε τῷ νεανίσκῳ πεῖραν αὐτοῦ λαβὼν τῆς πρὸς τὰ καλὰ ἐπιτηδειότητος, καὶ τέκνον αὐτὸν συνεχῶς ἀπεκάλει καὶ ὁμοέστιον ἐποιεῖτο. Καὶ ἐπειδὴ ἑώρα αὐτὸν πρὸς τὴν ἀποχὴν τῶν ἐμψύχων καρτερικῶς ἔχοντα, παρεκάλει μηδὲ τούτων πάντη ἀπέχεσθαι, ὅπως ἂν καὶ τὸ σῶμα ὑπηρε-
p.29. τοῦν ἔχοι ταῖς ψυχικαῖς ἐνεργείαις. Τὰ αὐτὰ δὲ καὶ τῷ φιλοσόφῳ Συριανῷ περὶ τῆς διαίτης τοῦ νέου παρεκελεύετο. Ὁ δὲ πρὸς τὸν πρεσβύτην ἔλεγεν, ὡς διεμνημόνευε πρὸς ἡμᾶς ἡ θεία κεφαλὴ, ὅτι „Ἔασον αὐτὸν μαθεῖν ὅσα „βούλομαι, ἐγκρατῶς διαιτώμενον, καὶ τότε, εἰ ἐθέλοι, „ἀποθάνοι." Οὕτω διὰ πάντων ἐκήδοντο αὐτοῦ οἱ διδάσκαλοι. Δύο δὲ μόνα σχεδὸν ἔτη ἐπεβίω αὐτῷ ἐπιδημήσαντι ὁ πρεσβύτης, καὶ τελευτῶν τῷ διαδόχῳ Συριανῷ τὸν νέον συνίστη, οἷα καὶ τὸν ἔγγονον Ἀρχιάδαν. Ὁ δὲ πα-

ραλαβὼν αὐτὸν, οὐ μόνον ἔτι περὶ τοὺς λόγους μειζόνως
ὠφέλει, ἀλλὰ καὶ σύνοικον τοῦ λοιποῦ, καὶ τοῦ φιλοσό-
φου βίου κοινωνὸν εἶχεν, τοιοῦτον αὐτὸν εὑρὼν, οἷον
πάλαι ἐζήτει ἀκροατὴν ἔχειν καὶ διάδοχον, δεκτικὸν ὄντα p.30.
τῶν ἐκείνῳ παμπόλλων μαθημάτων καὶ θείων δογμάτων.

ιγʹ.

Ἐν ἔτεσι γοῦν οὔτε δύο ὅλοις πάσας αὐτῷ τὰς Ἀρι-
στοτέλους συνανέγνω πραγματείας, λογικὰς, ἠθικὰς, πο-
λιτικὰς, φυσικὰς, καὶ τὴν ὑπὲρ ταύτας θεολογικὴν ἐπι-
στήμην. Ἀχθέντα δὲ διὰ τούτων ἱκανῶς, ὥσπερ διά
τινων προτελείων καὶ μικρῶν μυστηρίων, εἰς τὴν Πλά-
τωνος ἦγε μυσταγωγίαν, ἐν τάξει καὶ οὐχ ὑπερβά-
θμιον πόδα, κατὰ τὸ λόγιον, τείνοντα, καὶ τὰς παρ' p.31.
ἐκείνῳ θείας ὄντως τελετὰς ἐποπτεύειν ἐποίει, τοῖς
τῆς ψυχῆς ἀνεπιθολώτοις ὄμμασι καὶ τῇ τοῦ νοῦ
ἀχράντῳ περιωπῇ. Ὁ δὲ ἀγρύπνῳ τε τῇ ἀσκήσει καὶ ἐπι-
μελείᾳ χρώμενος νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ τὰ λε-
γόμενα συνοπτικῶς καὶ μετ' ἐπικρίσεως ἀπογραφόμενος,
τοσοῦτον ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ ἐπεδίδου, ὥστε ὄγδοον καὶ
εἰκοστὸν ἔτος ἄγων, ἄλλα τε πολλὰ συνέγραψε, καὶ τὰ
εἰς Τίμαιον, γλαφυρὰ ὄντως καὶ ἐπιστήμης γέμοντα
ὑπομνήματα. Ἐκ δὲ τῆς τοιαύτης ἀγωγῆς τὸ ἦθος ἐπὶ
μᾶλλον κατεκοσμεῖτο, μετ' ἐπιστήμης τὰς ἀρετὰς ἀνει-
ληφώς.

ιδʹ.

Καὶ δὴ καὶ τὰς πολιτικὰς προσελάμβανεν, ἔκ τε p.32.
τῶν Ἀριστοτέλους πολιτικῶν συγγραμμάτων, καὶ τῶν πα-
ρὰ τῷ Πλάτωνι νόμων τε καὶ πολιτειῶν. Ἵνα δὲ μηδὲ
ἐν τούτοις δοκῇ λόγος εἶναι μόνον, ἔργου δὲ μηδενὸς ἀν-
θάπτεσθαι, ἐπειδὴ πράττειν αὐτὸς ἐκωλύετο τὰ πολιτι-
κὰ, διὰ τὸ καὶ περὶ μείζονα ἠσχολῆσθαι, Ἀρχιάδαν
τὸν τοῖς θεοῖς φίλον ἐπὶ τοῦτο παρεκάλει, ἅμα τε ἐκεῖ-
νον διδάσκων καὶ ὑφηγούμενος αὐτῷ τὰς πολιτικὰς ἀρε-
τὰς καὶ τὰς μεθόδους, καὶ, ὥσπερ οἱ τοῖς θέουσι παρακε-
λευόμενοι, ὅλης τε τῆς ἑαυτοῦ πόλεως προΐστασθαι κοινῇ

προτρεπόμενος, καὶ ἕκαστον ἰδίᾳ εὐεργετεῖν κατὰ πᾶν εἶδος τῆς ἀρετῆς, διαφερόντως δὲ τῆς δικαιοσύνης. Καὶ ἔργῳ δὲ ζῆλόν τινα αὐτῷ ἐνέτικτεν, ἐλευθεριότητα τὴν περὶ τὰ
p.33. χρήματα καὶ μεγαλοπρέπειαν αὐτῷ ἐνδεικνύμενος τῷ δωρεῖσθαι ὅτε μὲν φίλοις, ὅτε δὲ συγγενέσι, καὶ ξένοις καὶ ἀστοῖς, καὶ κρείττονα ἑαυτὸν πάντῃ ἀποφαίνειν τῆς τῶν χρημάτων κτήσεως. Καὶ εἰς ἔργον δὲ δημόσιον οὐ σμικρὰ ἐχαρίσατο· τελευτῶν δὲ καὶ μετὰ Ἀρχιάδαν ταῖς πόλεσι καταλέλοιπε κτήματα, πατρίδι τε τῇ ἑαυτοῦ καὶ ταῖς Ἀθήναις. Τοιοῦτος δὲ ὁ φιλαλήθης Ἀρχιάδας οἴκοθέν τε καὶ ἐκ τῆς τούτου φιλίας ἀπεδείχθη, ὡς καὶ τοὺς ἐφ᾿ ἡμῶν ἀνθρώπους, εἴποτε ἐθέλοιεν μνήμην αὐτοῦ ποιεῖσθαι, οὐκ ἄλλως ἢ τὸν εὐσεβέστατον Ἀρχιάδαν εὐφήμῳ τῷ στόματι καλεῖν.

ιέ.

p.34. Καὶ αὐτὸς δὲ ἐνίοτε ὁ φιλόσοφος ἐφήπτετο πολιτικῶν βουλευμάτων, τοῖς κοινοῖς ὑπὲρ τῆς πόλεως συλλόγοις παραγιγνόμενος, καὶ γνώμας ἐμφρόνως εἰσηγούμενος, καὶ ἄρχουσιν ἐντυγχάνων, ὑπὲρ δικαίων πραγμάτων, καὶ τούτους οὐ μόνον παρακαλῶν, τρόπον δέ τινα προσαναγκάζων τῇ φιλοσόφῳ παῤῥησίᾳ, τὸ προσῆκον ἑκάστοις ἀπονέμειν. Κοινῇ δὲ πάλιν τῆς κοσμιότητος τῶν ἀναγινωσκόντων ἐπεμελεῖτο, καὶ σωφροσύνην ἐποίει πολιτεύεσθαι, οὐ ψιλῷ λόγῳ διδάσκων, ἔργῳ δὲ μᾶλλον διὰ παντὸς τοῦ βίου ἐπιτηδεύων, καὶ οἱονεὶ προτύπωμα σωφροσύνης οὗτος τοῖς ἄλλοις γιγνόμενος. Τὸ δὲ δὴ τῆς πολιτικῆς ἀνδρείας εἶδος Ἡράκλειον ὄντως
p.35. ἐπεδείξατο. Ἐν ζάλῃ γὰρ παρελθὼν καὶ τρικυμίᾳ πραγμάτων, καὶ πνευμάτων τυφωνείων ἀντιπνεόντων τῇ ἐννόμῳ ζωῇ, ἐμβριθῶς οὗτος ἀνὴρ καὶ ἀστεμφῶς, εἰ καὶ παρακινδυνευτικῶς, τὸν βίον διενήξατο, καί ποτε ἐν περιστάσει τινῶν γυπογιγάντων ἐξετασθεὶς, ἀπῆρεν, ὡς εἶχε, τῶν Ἀθηνῶν, τῇ τοῦ παντὸς περιφορᾷ πειθόμενος, καὶ τὴν ἐπὶ τὴν Ἀσίαν ἐποιεῖτο πορείαν, καὶ ταύτην δὲ πρὸς ἀγαθοῦ τοῦ μεγίστου. Ἵνα γὰρ μηδὲ τῶν ἐκεῖ ἀρχαιοτέρων ἔτι σωζομένων θεσμῶν ἀμύητος ᾖ, πρό-

φασιν αὐτῷ τὸ δαιμόνιον τῆς ἀποδημίας ταύτην ἐμηχανήσατο. Αὐτός τε γὰρ τὰ παρ᾽ ἐκείνοις σαφῶς ἐπεγίγνωσκε, κἀκεῖνοι, εἴτι ὑπὸ τοῦ μακροῦ χρόνου παρεώρων τῶν δρωμένων, ἐδιδάσκοντο, ὑφηγουμένου τοῦ φιλο- p.36.
σόφου τὰ τῶν θεῶν ἐντελέστερον. Καὶ ταῦτα πάντα δρῶν, καὶ κατὰ ταῦτα ζῶν, τοσοῦτον ἐλάνθανεν, ὅσον οὐδὲ οἱ Πυθαγόρειοι τὸ ΛΑ΄ΘΕ ΒΙΩ΄ΣΑΣ παράγγελμα τοῦ καθηγεμόνος ἀσάλευτον φυλάττοντες. Ἐνιαυτὸν δὲ μόνον περὶ Λυδίαν διατρίψας, πάλιν εἰς τὰς Ἀθήνας ἐπανῆλθεν προνοίᾳ τῆς φιλοσόφου θεοῦ. Οὕτω μὲν οὖν αὐτῷ καὶ τὰ τῆς ἀνδρείας, φύσει τε ἐξ ἀρχῆς καὶ ἔθει, καὶ μετὰ ταῦτα ἐπιστήμῃ, καὶ τῷ τῆς αἰτίας λογισμῷ κατεδεῖτο. Καὶ τρόπῳ δὲ ἄλλῳ τὴν πολιτικὴν ἕξιν πρακτικὸν ἀπέφηνεν, τοῖς ἐν ταῖς δυναστείαις ἐπιστέλλων, καὶ ὅλας πόλεις ἐκ τούτων εὖ ποιῶν. Μάρτυ- p.37.
ρες δέ μοι τοῦ λόγου οἱ εὖ πεπονθότες ἄνθρωποι, νῦν μὲν Ἀθηναῖοι, αὖθις δὲ Ἀργεῖοι καὶ ἄλλοι ἐξ ἄλλων ἐθνῶν.

ιϛ΄.

Ἐντεῦθεν δὲ καὶ τὰ τῶν λογικῶν ἐπιτηδευμάτων ηὔξησεν, αὐτός τε ἐπικουρῶν τοῖς μετιοῦσι, καὶ τοὺς ἄρχοντας ἀπαιτῶν σιτηρέσιά τε καὶ τὰς ἄλλας κατ᾽ ἀξίαν ἀπονέμειν ἑκάστῳ τιμάς. Καὶ ταῦτα δὲ οὐκ ἀνεξετάστως ἔπραττεν, οὐδὲ κεχαρισμένως, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς ἐκείνους ὑπὲρ ὧν ἐσπούδαζεν, ἠνάγκαζεν ἐπιμελεῖσθαι συντόνως τῶν οἰκείων ἐπιτηδευμάτων, ἐρωτῶν καὶ βασανίζων ἕκαστα τῶν παρ᾽ αὐτοῖς· ἱκανὸς γὰρ ἦν περὶ ἁπάντων κριτής. Εἰ δέ τινα ῥαθυμότερον περὶ τὸ ἑαυτοῦ ἐπάγγελμα ηὕρισκεν, ἐπετίμα σφοδρότερον, ὥστε καὶ δοκεῖν θυμοειδέ- p.38.
στατος εἶναι καὶ ἄγαν φιλότιμος, ἐκ τοῦ θέλειν τε ἅμα καὶ δύνασθαι ἅπαντα κρίνειν ὀρθῶς. Καὶ ἦν φιλότιμος, ἀλλὰ τῇ φιλοτιμίᾳ οὐχ, ὡς ἕτεροι, πάθει ἐχρήσατο. Ἐφιλοτιμεῖτο δὲ πρὸς μόνην ἀρετὴν καὶ τὸ ἀγαθόν· τάχα δὲ οὐδ᾽ ἂν γένοιτό τι μέγα ἐν ἀνθρώποις ἄνευ τῆς τοιαύτης ἐνεργείας. Ἦν δὲ καὶ θυμοειδὴς, οὐδὲ τοῦτο ἀναιρῶ, ἀλλ᾽ ἅμα καὶ πρᾶος· καὶ γὰρ ἐπαύετο

p.39. ῥᾳδίως, καὶ ὀστράκου περιστροφῇ κήρινον ἀπεδείκνυ τὸν
θυμόν. Ἐν τούτῳ γὰρ, ὡς εἰπεῖν, ἐπέπληττε, καὶ ἐπὶ
τὸ εὐεργετεῖν αὐτοὺς ἐκείνους καὶ ὑπὲρ αὐτῶν παρακαλεῖν
τοὺς ἄρχοντας ὑπὸ συμπαθείας ἐφέρετο.

ιζʹ.

Εὖ δὲ ὅτι μοι καὶ τὸ τῆς συμπαθείας αὐτοῦ ἴδιον
ἐπὶ νοῦν ἦλθεν. Τοσαύτην γὰρ οἶμαι ἐν μηδενὶ ἄλλῳ
ἀνθρώπων ἱστορῆσθαι. Γάμων τε γὰρ ἢ παίδων οὐδεπώ-
ποτε πεῖραν λαβὼν, διὰ τὸ μηδὲ αὐτὸς ἑλέσθαι, καίτοι
πολλῶν προταθέντων αὐτῷ γάμων γένει τε καὶ πλούτῳ
ὑπερεχόντων, τούτων ἁπάντων, ὡς ἔφην, ἐλεύθερος γε-
νόμενος, οὕτως ἐκήδετο τῶν ἑταίρων καὶ φίλων ἁπάντων
καὶ τῶν τούτοις προσηκόντων παίδων τε καὶ γυναικῶν,
p.40. ὡς κοινός τις πατὴρ καὶ αἴτιος αὐτοῖς τοῦ εἶναι γενόμε-
νος· παντοδαπῶς γὰρ καὶ τοῦ βίου ἑκάστων ἐπεμελεῖτο.
Εἰ δέ ποτέ τις τῶν γνωρίμων νόσῳ κατείχετο, πρῶτον μὲν
τοὺς θεοὺς λιπαρῶς ἱκέτευεν ὑπὲρ αὐτοῦ ἔργοις τε καὶ
ὕμνοις, ἔπειτα τῷ κάμνοντι παρῆν ἐπιμελέστατα, καὶ
τοὺς ἰατροὺς συνῆγεν, ἐπείγων τὰ ἀπὸ τῆς τέχνης ἀμελ-
λητὶ πράττειν. Καί τι καὶ αὐτὸς ἐν τούτοις περιττότε-
ρον εἰσηγεῖτο, καὶ πολλοὺς ἤδη ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων
οὕτως ἐῤῥύσατο. Ὅσον δὲ ἦν αὐτοῦ καὶ τὸ περὶ τοὺς
ἐπιτηδειοτέρους τῶν οἰκετῶν φιλάνθρωπον, ἔνεστι τῷ
βουλομένῳ καταμαθεῖν ἐκ τῆς διαθήκης τοῦ μακαρίου
ἀνδρός. Ἐκ πάντων δὲ μάλιστα τῶν γνωρίμων τὸν Ἀρ-
χιάδαν ἐφίλει, καὶ τοὺς ἐκείνῳ γένει προσήκοντας, προη-
p.41. γουμένως μὲν διὰ τὴν τοῦ φιλοσόφου Πλουτάρχου διαδο-
χὴν τοῦ γένους, ἔπειτα δὲ καὶ διὰ τὴν Πυθαγόρειον
φιλίαν, ἣν πρὸς τὸν Ἀρχιάδαν ἐστήσατο, συμφοιτητὴς
αὐτοῦ γενόμενος ἅμα καὶ διδάσκαλος. Τῶν γὰρ δύο εἰ-
δῶν καὶ σπανίως ἐν τοῖς ἄνω ἱστορημένων φιλιῶν, ἡ τού-
των ἔδοξεν εἶναι σπουδαιοτέρα. Οὐδὲν γὰρ ἦν Ἀρχιάδας,
ὃ μὴ Πρόκλος βούλοιτο, οὐδ᾽ ἔμπαλιν οὗτος, ὃ μὴ καὶ
Ἀρχιάδας.

ιη΄.

Ἤδη δὲ καὶ τοῖς περὶ τῆς πολιτικῆς αὐτοῦ ἀρετῆς κεφαλαίοις ἐλάττοσιν οὖσι τῶν ἀληθῶν, πέρας τὸ οἰκεῖον p.42. ἐπιθέντες, καὶ τῇ φιλίᾳ ἐπισφραγισάμενοι, ἐπὶ τὰς καθαρτικὰς μετίωμεν, ἑτέρας οὔσας παρὰ τὰς πολιτικάς. Εἰ γὰρ δὴ καὶ ταύταις ἔργον ὑπόκειται τὸ καθαίρειν πη τὴν ψυχὴν, καὶ παρασκευάζειν καθόσον οἷόν τε ἀσχέτως προνοεῖν τῶν ἀνθρωπίνων, ἵνα καὶ τὴν ὁμοίωσιν ἔχῃ πρὸς τὸν θεὸν, ὅπερ τέλος ἐστὶ τὸ ἄριστον τῆς ψυχῆς, ἀλλ᾽ οὐ τὸν ὅμοιον τρόπον πᾶσαι χωρίζουσι, κατὰ τὸ μᾶλλον δὲ ἢ ἧττον ἕκασται· ἐπεὶ καὶ αἱ πολιτικαὶ καθάρσεις τινές εἰσιν, αἳ καὶ μένοντας ἔτι τοὺς ἔχοντας ἐνταῦθα κατακοσμοῦσι καὶ ἀμείνους ποιοῦσιν, ὁρίζουσαι καὶ μετροῦσαι τούς τε θυμοὺς καὶ τὰς ἐπιθυμίας, καὶ p.43. ὅλως τὰ πάθη καὶ ψευδεῖς δόξας ἀφαιροῦσαι· αἱ δέ γε ὑπὲρ ταύτας καθαρτικαὶ πάντῃ χωρίζουσι καὶ ἀπολύουσι τῶν τῆς γενέσεως ὄντως μολυβδίδων, καὶ φυγὴν τῶν ἐντεῦθεν ἀκώλυτον ἀπεργάζονται, ἃς δὴ καὶ αὐτὰς ὁ φιλόσοφος ἐπετήδευσε παρὰ πάντα τὸν ἐν φιλοσοφίᾳ βίον, ἔν τε τοῖς λόγοις καλῶς ἐκδιδάσκων τίνες τέ εἰσι καὶ ὅπως τῷ ἀνθρώπῳ παραγίγνονται καὶ αὐταὶ, καὶ ζῶν μάλιστα κατ᾽ αὐτὰς, καὶ ταῦτα πράττων ἑκάστοτε, ἀφ᾽ ὧν τὸ χωρίζεσθαι συμβαίνει τῇ ψυχῇ, νύκτωρ τε καὶ μεθ᾽ ἡμέραν ἀποτροπαῖς καὶ περιῤῥαντηρίοις καὶ τοῖς ἄλλοις καθαρμοῖς χρώμενος, ὅτε μὲν Ὀρφικοῖς, ὅτε δὲ Χαλδαϊ- p.44. κοῖς, ἐπὶ θάλαττάν τε ἀόκνως ἑκάστου μηνὸς κατιὼν, ἔσθ᾽ ὅτε δὲ δὶς ἢ καὶ τρὶς τοῦ αὐτοῦ, καὶ ταῦτα οὐκ ἀκμαζούσης μόνον αὐτῷ τῆς ἡλικίας διεκαρτέρει, ἀλλὰ καὶ αὐταῖς δὲ ἤδη ταῖς δυσμαῖς τοῦ βίου προσομιλῶν, ἀπαραλείπτως τὰ τοιαῦτα ἔθη ὡς νόμιμά τινα ἐξεπλήρου.

ιθ΄.

Τὰς δὲ ἀπὸ σίτων καὶ ποτῶν ἀναγκαίας ἡδονὰς, ἀπαλλαγὰς πόνων ἐποιεῖτο, ἵνα μὴ ἐνοχλοῖτο ὑπ᾽ αὐτῶν· βραχέα γὰρ τούτων προσεφέρετο. Τὰ πολλὰ δὲ τὴν τῶν ἐμψύχων ἀποχὴν ἠσπάζετο· εἰ δέ ποτε καιρός τις ἰσχυρότερος ἐπὶ τὴν τούτων χρῆσιν ἐκάλει, μόνον ἀπε-

p.45. γεύετο καὶ τούτων ὁσίας χάριν. Τὰς δὲ Μητρωακὰς
παρὰ Ῥωμαίοις ἢ καὶ πρότερόν ποτε παρὰ Φρυξὶ σπου-
δασθείσας καστείας ἑκάστου μηνὸς ἥγνευεν, καὶ τὰς παρ᾽
Αἰγυπτίοις δὲ ἀποφράδας ἐφύλαττε μᾶλλον ἢ αὐτοὶ ἐκεῖ-
νοι, καὶ ἰδικώτερον δέ τινας ἐνήστευεν ἡμέρας ἐξ ἐπιφα-
νείας. Πᾶσαν γὰρ ἕνην καὶ νέαν τοῦ μηνὸς μηδὲ προ-
δειπνήσας ᾔσιτει, ὥσπερ δὴ τὰς νουμηνίας λαμπρῶς ἐπε-
p.46. τέλει καὶ ἱεροπρεπῶς, καὶ τὰς παρὰ πᾶσι δὲ, ὡς εἰπεῖν,
ἐπισήμους ἑορτὰς, καὶ τὰ παρ᾽ ἑκάστοις πάτρια, δρῶν
ἐνθέσμως διετέλεσε, καὶ οὐδὲ ταύτας ὥσπερ ἕτεροι πρόφα-
σιν ἐποιεῖτο ἀναπαύλης τινὸς ἢ καὶ πληρώσεως τοῦ σώμα-
τος, ἐντυχιῶν δὲ ἀγρύπνων καὶ ὑμνῳδίας καὶ τῶν ὁμοίων·
δηλοῖ δὲ ἡ τῶν ὕμνων αὐτοῦ πραγματεία, οὐ τῶν παρὰ τοῖς
Ἕλλησι μόνον τιμηθέντων ἐγκώμια περιέχουσα, ἀλλὰ καὶ
p.47. Μάρναν Γαζαῖον ὑμνοῦσα, καὶ Ἀσκληπιὸν Λεοντοῦχον,
Ἀσκαλωνίτην, καὶ Θυανδρίτην ἄλλον Ἀραβίοις πολυτίμη-
τὸν θεὸν, καὶ Ἶσιν τὴν κατὰ τὰς Φίλας ἔτι τιμωμένην,
καὶ τοὺς ἄλλους ἁπλῶς ἅπαντας. Καὶ γὰρ πρόχειρον
ἐκεῖνο εἶχεν ἀεὶ καὶ ἔλεγεν ὁ θεοσεβέστατος ἀνὴρ, ὅτι
τὸν φιλόσοφον προσήκει οὐ μιᾶς τινὸς πόλεως, οὐδὲ τῶν
παρ᾽ ἐνίοις πατρίων εἶναι θεραπευτὴν, κοινῇ δὲ τοῦ ὅλου
p.48. κόσμου ἱεροφάντην. Καὶ οὕτω μὲν αὐτῷ καθαρτικῶς
καὶ ἱεροπρεπῶς παρεσκεύαστο τὰ τῆς ἐγκρατείας.

κ'.

Τὰς δὲ ἀλγηδόνας ἀφῄρει, ἢ καὶ προσπιπτούσας
ποτὲ πρᾴως ἔφερε, καὶ ἐλάττους ἐποίει τὸ μὴ τὸ ἄριστον
ἑαυτῷ συμπάσχειν. Τὸ δὲ πρὸς ταύτας αὐτοῦ τῆς ψυ-
χῆς παράστημα ἱκανῶς ἐδήλωσε καὶ ἡ τελευταία νόσος.
p.49. Πιεζόμενος γὰρ ὑπὸ ταύτης καὶ περιωδυνίαις συνεχόμε-
νος, ἐκκρούειν ἐπειρᾶτο τὰς ἀλγηδόνας. Παρεκελεύετο
οὖν ἡμῖν ἑκάστοτε ὕμνους λέγειν, καὶ λεγομένων τῶν ὕ-
μνων, πᾶσα εἰρήνη τῶν παθῶν ἐγίγνετο καὶ ἀταραξία.
Καὶ ὅ γ᾽ ἔτι τούτου παραδοξότερον, ὅτι καὶ μνήμην εἶχε
τῶν λεγομένων, καίτοι τῶν ἀνθρωπίνων σχεδὸν ἁπάντων
ἐπιλελησμένος, ἐπιβρισάσης αὐτῷ τῆς παρέσεως. Ἀρ-
χομένων γὰρ ἡμῶν ὑμνεῖν, ἐκεῖνος ἀνεπλήρου τοὺς ὕμνους

καὶ τῶν Ὀρφικῶν ἐπῶν τὰ πλεῖστα· καὶ γὰρ ταῦτά ἐστιν
ὅτε παρόντες ἀνεγιγνώσκομεν. Καὶ οὐχὶ πρὸς μόνα τὰ
σωματικὰ πάθη οὕτως ἀπαθῶς διέκειτο, ἀλλ᾽ ἔτι μει-
ζόνως, καὶ πρὸς τὰ ἔξωθεν περιστατικῶς ἐπισυμβαίνον- p.50.
τα, καὶ τὰ δοκοῦντα παραλόγως γίγνεσθαι· ὥστε καὶ
λέγειν ἐφ᾽ ἑκάστοις τῶν συμπιπτόντων· „Ταῦτα τοιαῦτ᾽
„ἐστὶ, ταῦτα εἰωθότα ἐστίν.“ Ὅπερ ἐμοὶ ἐδόκει ἀπό-
φθεγμα μνήμης ἄξιον εἶναι, καὶ τῆς τοῦ φιλοσόφου με-
γαλοψυχίας ἱκανὸν τεκμήριον. Καὶ τὸν θυμὸν δὲ, καθ᾽
ὅσον οἷόν τε ἦν, ἐκόλαζεν, ὥστε ἢ μὴ κινεῖσθαι τὸ παρά-
παν, ἢ μὴ τὴν λογικὴν εἶναι ψυχὴν τὴν συνοργιζομένην,
ἑτέρου δὲ εἶναι τὸ ἀπροαίρετον, καὶ τοῦτο δὲ ὀλίγον καὶ
ἀσθενές. Ἀφροδισίων δὲ αὐτῷ φυσικῶν μετῆν, ὅσον οἴ-
μαι μέχρι φαντασίας χωρεῖν, προπετοῦς καὶ ταύτης.

κα΄.

Καὶ οὕτως ἐκ πάντων ἑαυτὴν συνάγουσα καὶ ἀθροί- p.51.
ζουσα πρὸς ἑαυτὴν ἡ τοῦ μακαρίου ἀνδρὸς ψυχὴ, ἀφίστα-
το σχεδὸν τοῦ σώματος, ἔτι ὑπ᾽ αὐτοῦ κατέχεσθαι δο-
κοῦσα. Ἦν γὰρ αὐτῇ τὸ φρονεῖν, οὐκέτι, οἷον τὸ πολι-
τικὸν, τὸ πράττειν εὖ περὶ τὰ ἐνδεχόμενα καὶ ἄλλως
ἔχειν, αὐτὸ δὲ καθ᾽ αὑτὸ εἰλικρινὲς τὸ νοεῖν, καὶ τὸ πρὸς
ἑαυτὴν ἐστράφθαι, μηδαμοῦ συνδοξάζειν τῷ σώματι· τὸ
δὲ σωφρονεῖν, τὸ μὴ συγγίγνεσθαι τῷ χείρονι, μηδὲ με-
τριοπαθεῖν, πάντη δὲ καὶ πάντως ἀπαθεῖν· ἀνδρίζεσθαι
δὲ, τὸ μὴ φοβεῖσθαι αὐτὴν ἀφισταμένην τοῦ σώματος.
Λόγου δὲ καὶ νοῦ ἡγουμένων ἐν αὐτῷ, τῶν δὲ χειρόνων
μηκέτι ἀντιτεινόντων, καθαρτικῇ δικαιοσύνῃ κεκόσμητο
αὐτοῦ ἡ σύμπασα ζωή.

κβ΄.

Ἐκ δὴ τῆς τοιαύτης ἰδέας τῶν ἀρετῶν ἀπολύτως καὶ p.52.
εὐηνίως καὶ οἱονεὶ κατὰ βαθμόν τινα τελεστικὸν προκό-
πτων, ἐπὶ τὰς μείζους καὶ ὑπὲρ ταύτας ἀνέτρεχε, φύσει
τε δεξιᾷ καὶ ἀγωγῇ ἐπιστημονικῇ ποδηγετούμενος. Ἤδη
γὰρ κεκαθαρμένος καὶ τῆς γενέσεως ὑπερανέχων, καὶ τῶν
ἐν αὐτῇ ναρθηκοφόρων ὑπερορῶν, περὶ τὰ πρῶτα ἐβάκ-

χευε, καὶ αὐτόπτης ἐγίνετο τῶν ἐκεῖ μακαρίων ὄντως θεαμάτων, οὐκ ἔτι μὲν διεξοδικῶς καὶ ἀποδεικτικῶς συλλογιζόμενος αὐτῶν τὴν ἐπιστήμην, ὥσπερ δὲ ὄψει,
p.53. ἁπλαῖς ἐπιβολαῖς τῆς νοερᾶς ἐνεργείας θεώμενος, τὰ ἐν τῷ θείῳ νῷ παραδείγματα καὶ ἀρετὴν προσλαμβάνων, ἣν οὐκ ἔτ᾽ ἄν τις φρόνησιν κυρίως ἐπονομάσειεν, σοφίαν δὲ μᾶλλον προσερεῖ, ἢ καί τινα σεμνοτέραν ταύτης ἐπωνυμίαν. Κατὰ ταύτην δὴ ἐνεργῶν ὁ φιλόσοφος, πᾶσαν μὲν θεολογίαν ἑλληνικήν τε καὶ βαρβαρικὴν καὶ τὴν μυθικοῖς πλάσμασιν ἐπισκιαζομένην κατεῖδέ τε ῥᾳδίως καὶ τοῖς ἐθέλουσί τε καὶ δυναμένοις συνέπεσθαι εἰς φῶς ἤγαγεν, ἐξηγούμενός τε πάντα ἐνθουσιαστικώτερον, καὶ εἰς συμφωνίαν ἄγων· πᾶσι δὲ τοῖς τῶν παλαιοτέρων συγγράμμασιν ἐπεξιὼν, ὅσον μὲν ἦν παρ᾽ αὐτοῖς γόνιμον,
p.54. τοῦτο μετ᾽ ἐπικρίσεως εἰσεποιεῖτο, εἰ δέ τι ἀνεμιαῖον ηὕρισκε, τοῦτο πάντη ὡς μῶμον ἀπῳκονομεῖτο, τὰ δέ γε ὑπεναντίως ἔχοντα τοῖς καλῶς τεθεῖσι μετὰ πολλῆς βασάνου ἀγωνιστικῶς διήλεγχε, ἔν τε ταῖς συνουσίαις δυνατῶς ἅμα καὶ σαφῶς ἐπεξεργαζόμενος ἕκαστα, καὶ ἐν συγγράμμασιν ἅπαντα καταβαλλόμενος· φιλοπονίᾳ γὰρ ἀμέτρῳ χρησάμενος, ἐξηγεῖτο τῆς αὐτῆς ἡμέρας πέντε, ὁτὲ δὲ καὶ πλείους πράξεις, καὶ ἔγραφε στίχους τὰ πολλὰ ἀμφὶ τοὺς ἑπτακοσίους. Συνεγίγνετό τε καὶ τοῖς ἄλλοις φιλοσόφοις προϊὼν, καὶ ἀγράφους ἑσπερινὰς πάλιν ἐποιεῖτο συνουσίας· καὶ ταῦτα πάντα μετὰ τὴν νυκτερινὴν ἐκείνην καὶ
p.55. ἄγρυπνον θρησκείαν, μετὰ τὸ προσκυνῆσαι ἥλιον ἀνίσχοντα, μεσουρανοῦντά τε καὶ ἐπὶ δύσιν ἰόντα.

κγ'.

Πολλῶν δὲ καὶ αὐτὸς πατὴρ ἐγένετο δογμάτων, οὐ πρότερον ἐγνωσμένων, φυσικῶν τε καὶ νοερῶν καὶ τῶν ἔτι θειοτέρων. Πρῶτος γὰρ οὗτος ἐπέστησεν, ὅτι γένος ἐστὶ ψυχῶν δυναμένων πολλὰ ἅμα εἴδη θεωρεῖν, ὃ δὴ καὶ μέσον ἤδη εἰκότως ἐτίθετο τοῦ τε νοῦ τοῦ ἀθρόως καὶ κατὰ μίαν ἐπιβολὴν ἅπαντα προνοοῦντος, καὶ τῶν καθ᾽ ἓν εἶδος τὴν μετάβασιν ποιουμένων ψυχῶν. Ἔξεστι δὲ τῷ βουλομένῳ καὶ τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ γεννήμασιν ἐντυχεῖν,

ἐπεξιόντι ταῖς ἐκείνου πραγματείαις, (ἅπερ ἐν τῷ παρόντι λέγειν παρῃτησάμην, ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον μηκύνω τὸν p.56.
λόγον, ἐπεκδιηγούμενος ἕκαστα)· ὁ δὲ ἐντυγχάνων εἴσεται, ὡς καὶ τὰ πρότερα ἀληθῆ πάντα περὶ αὐτοῦ ἱστόρηται, ἔτι δὲ μᾶλλον, εἴ τις εἶδεν αὐτὸν, ἐπέτυχέ τε τῆς ἐκείνου θέας, ἐξηγουμένου τε ἤκουσεν καὶ διεξιόντος λόγους παγκάλους, Πλατώνειά τε καὶ Σωκράτεια κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἄγοντος· οὐ γὰρ ἄνευ θείας ἐπιπνοίας ἐφαίνετο διαλέγεσθαι, καὶ τὰ ταῖς νιφάδεσσιν ὄντως ἐοικότα ῥήματα προχέειν τοῦ σωφρονοῦντος ἐκείνου στόματος. Μαρμαρυγῆς γὰρ τινος ἐδόκει τὰ ὄμματα αὐτοῦ πληροῦσθαι, καὶ τὸ ἄλλο πρόσωπον ἐλλάμψεως θείας μετεῖχεν. Ποτὲ γοῦν τις αὐτῷ παραγενόμενος ἐξηγουμένῳ ἀνὴρ τῶν ἐπι- p.57.
φανῶν ἐν τῇ πολιτείᾳ, ἀψευδὴς καὶ ἄλλως αἰδοῖος (Ῥουφῖνος αὐτῷ ὄνομα), φῶς εἶδε περιθέον τὴν αὐτοῦ κεφαλήν. Ὡς δὲ πέρας ἐπέθηκε τῇ αὐτοῦ ἐξηγήσει, ἀναστὰς ὁ Ῥουφῖνος προσεκύνησέ τε αὐτὸν καὶ τὰ τῆς θείας ἐκείνης ὄψεως ὀμνὺς ἀπήγγελλεν. Οὗτος δὲ αὐτῷ ὁ Ῥουφῖνος καὶ χρυσίον ἱκανὸν τηνικαῦτα προσήγαγεν μετὰ τὴν περίστασιν καὶ τὴν ἐκ τῆς Ἀσίας ἐπάνοδον. Ὁ δὲ καὶ πρὸς τοῦτο ὑπεροπτικῶς ἔσχε καὶ οὐδαμῶς εἵλετο δέξασθαι.

κδ΄.

Ἀλλ᾽ ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν ἐπανίωμεν· τὰ περὶ τῆς θεωρητικῆς αὐτοῦ σοφίας εἰ καὶ μὴ ἱκανῶς ἤδη προϊστορήσαντες, ἕπεται δὴ λέγειν, τίς ἡ σύστοιχος δικαιοσύνη τῷ τοιούτῳ γένει τῶν ἀρετῶν. Οὐκ ἔτι γὰρ αὕ- p.58.
τη ἐν πλήθει μερῶν, ὥσπερ ἐκεῖναι αἱ πρὸ ταύτης, οὐδὲ ἐν ὁμολογίᾳ ἄλλου πρὸς ἄλλο, ἐν οἰκειοπραγίᾳ δὲ οὐδὲν ἧττον καὶ αὐτὴ ἀφορισθήσεται καθ᾽ αὑτὴν καὶ μόνης τῆς λογικῆς ψυχῆς. Οἰκεῖον δὲ αὐτῇ οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸ πρὸς νοῦν καὶ θεὸν ἐνεργεῖν, ὅπερ καὶ διαφερόντως ὁ φιλόσοφος ἔπραττεν. Καὶ γὰρ ἀπὸ τῶν μεθημερινῶν πόνων μόγις σχολάσας καὶ ὕπνῳ ποτὲ τὸ σῶμα ἐπιτρέψας, ἴσως μὲν οὐδὲ τότε ἔξω ἦν τοῦ νοεῖν. Ὅμως δ᾽ οὖν ἐπειδὴ ταχέως καὶ τοῦτον ἀπεσείετο ὡς ἀργίαν τινὰ τῆς ψυχῆς, καὶ οὔπω καιρὸς ἐκάλει τῶν εὐχῶν, διὰ τὸ μὴ πολὺ πα-

ρωχηκέναι τῆς νυκτὸς, αὐτὸς ἐφ᾽ ἑαυτοῦ καὶ ἐπὶ κλίνης.
p.59. ὢν, ἢ ὕμνους ἐποίει ἢ τὰ δόγματα ἐξετάζων ηὕρισκε, καὶ ἐξανιστάμενος μεθ᾽ ἡμέραν ἀπεγράφετο.

κέ.

Σωφροσύνην δὲ τὴν ταύταις ἀντακολουθοῦσαν εἶχεν ἑπομένην. Αὕτη δὲ ἐστὶν ἡ εἴσω πρὸς νοῦν στροφὴ τῆς ψυχῆς, πρὸς δὲ τὰ ἄλλα πάντα ἀνέπαφος καὶ ἀπερίσπαστος διάθεσις. Ἀνδρίαν δὲ τὴν ξυνέριθον τελείως προὐβάλλετο, τὴν ἀπάθειαν τοῦ πρὸς ὃ ἔβλεπε ζηλώσας, ἀπαθοῦς ὄντος ἐκείνου τὴν φύσιν, καὶ ὅλως ζῶν κατὰ Πλωτῖνον, οὐχὶ τὸν ἀνθρώπου βίον τὸν τοῦ ἀγαθοῦ, ὃν ἀξιοῖ ἡ πολιτικὴ ἀρετὴ διαζῆν, ἀλλὰ τοῦτον
p.60. μὲν καταλιπὼν, ἕτερον δὲ ἀλλαξάμενος τὸν τῶν θεῶν· πρὸς γὰρ τούτους αὐτῷ, οὐ πρὸς ἀνθρώπους ἀγαθοὺς ἡ ὁμοίωσις.

κς'.

Καὶ τοιαύταις μὲν ἀρεταῖς συνεβίω ἔτι συσχολάζων τῷ φιλοσόφῳ Συριανῷ, καὶ τὰς τῶν ἀρχαιοτέρων ἐπεξιὼν πραγματείας· τῆς δὲ Ὀρφικῆς καὶ Χαλδαϊκῆς θεολογίας στοιχεῖα ἄττα καὶ οἱονεὶ σπέρματα παρὰ τοῦ διδασκάλου λαβὼν, διὰ τὸ μὴ φθῆναι καὶ ἐν τοῖς ἔπεσιν αὐτῷ συγγενέσθαι (προέθετο μὲν γὰρ ἐξηγήσασθαι αὐτῷ τε καὶ τῷ ἐκ τῆς Συρίας φιλοσόφῳ καὶ διαδόχῳ Δομνίνῳ θάτερα
p.61. τούτων, ἤτοι τὰ Ὀρφέως ἢ τὰ λόγια, καὶ αἵρεσιν αὐτοῖς προὔτεινε τῶν ἑτέρων· ἐπειδὴ δὲ οὐ συνήχθησαν, οὐδὲ τὰ αὐτὰ εἵλοντο ἀμφότεροι, ἀλλ᾽ ἐκεῖνος μὲν τὰ Ὀρφέως, ὁ δὲ ἡμέτερος τὰ λόγια, τοῦτό τε αὐτὸ διεκώλυσεν καὶ τὸ μὴ πολὺν ἐπιβιῶναι χρόνον τὸν μέγαν Συριανὸν), λαβὼν δ᾽ οὖν, ὡς εἴρηται, παρὰ τοῦ καθηγεμόνος τὰς ἀφορμὰς, καὶ μετ᾽ ἐκεῖνον τοῖς τε εἰς Ὀρφέα αὐτοῦ ὑπομνήμασιν ἐπιμελῶς ἐντυγχάνων, καὶ τοῖς Πορφυρίου καὶ Ἰαμβλίχου μυρίοις ὅσοις εἰς τὰ λόγια καὶ τὰ σύστοιχα τῶν Χαλδαίων συγγράμματα, αὐτοῖς τε τοῖς θείοις λο-
p.62. γίοις ἐντρεφόμενος, ἐπὶ τὰς ἀκροτάτας τῶν ἀρετῶν, ὡς πρὸς ἀνθρωπίνην ψυχὴν, ἀνέδραμεν, ἃς ὁ ἔνθους Ἰάμ-

βλιχος ὑπερφυῶς θεουργικὰς ἀπεκάλεσεν. Καὶ τὰς τῶν πρὸ αὐτοῦ φιλοσόφων ἐξηγήσεις συνελὼν μετὰ τῆς προσηκούσης ἐπικρίσεως ἐξεπόνησεν, τάς τε ἄλλας Χαλδαϊκὰς ὑποθέσεις καὶ τὰ μέγιστα τῶν ὑπομνημάτων εἰς τὰ θεοπαράδοτα λόγια κατεβάλετο, ἐν πέντε ὅλοις ἔτεσιν αὐτὰ συμπληρώσας· ἐφ' οἷς καὶ τὸ θεῖον ἐκεῖνο ἐνύπνιον ἐθεάσατο. Ἐδόκει γάρ οἱ προαγορεύειν ὄναρ ὁ μέγας Πλούταρχος, ὡς τοσοῦτον ἀριθμὸν ἐτῶν ζήσεται, ὁπόσος τίς ἐστιν καὶ ὁ τῶν τετράδων τῶν εἰς τὰ λόγια αὐτῷ p.63.
συγκειμένων. Ἀριθμήσας δὲ αὐτὰς, ηὕρισκεν ἑβδομήκοντα οὔσας. Ὅτι δὲ θεῖον ἦν τὸ ὄνειρον, ἐμήνυσεν ἡ πρὸς τῷ τέλει τοῦ βίου ἔκβασις. Ἐβίω μὲν γὰρ, ὡς καὶ ἔμπροσθεν εἴπομεν, πέντε ἔτη ἐπὶ τοῖς ἑβδομήκοντα, τὰ δὲ πέντε οὐκ ἔτι ἐῤῥωμένως. Ὑπὸ γὰρ τῆς σκληροτέρας ἐκείνης καὶ ἀνυποίστου διαίτης καὶ τῶν πυκνῶν περιχυμάτων καὶ τῶν ὁμοίων διακαρτερήσεων καταπονηθὲν τὸ εὖ πεφυκὸς αὐτῷ σῶμα, ἤρξατο παρεῖσθαι μετὰ τὸ ἑβδομηκοστὸν ἔτος, ὥστε καὶ ἐνδεέστερον διακεῖσθαι πρὸς πάσας τὰς ἐνεργείας. Ηὔχετο μὲν γὰρ καὶ οὕτως ἔχων, καὶ ὕμνους ἐποίει, καὶ ἔγραφέν τινα, καὶ ἑταίροις συνε- p.64.
γίγνετο, πάντα δὴ ἐπὶ τὸ ἀσθενέστερον πράττων· ὅθεν καὶ μεμνημένος τοῦ ὀνείρου ἐθαύμαζεν, καὶ ἔλεγεν ἑκάστοτε, ἑβδομήκοντα μόνα ἔτη βεβιωκέναι. Οὕτω δὲ ἀσθενῶς αὐτὸν ἔχοντα, προθυμότερον ἐποίει μάλιστα περὶ τὰς ἐξηγήσεις Ἡγίας ὁ νέος, δείγματα φέρων καὶ ἐκ μειρακίου ἐναργῆ πασῶν τῶν προγονικῶν ἀρετῶν καὶ τῆς ἀπὸ Σόλωνος χρυσῆς ὄντως τοῦ γένους σειρᾶς. Συνεγίγνετο οὖν αὐτῷ ἐπιμελῶς ἔν τε τοῖς Πλατωνικοῖς καὶ ταῖς ἄλλαις θεολογίαις. Καὶ γραμμὰς δὲ αὐτῷ ὁ γέρων p.65.
παρεδίδου, καὶ σφόδρα εὐφραίνετο, ὁρῶν τὸν παῖδα κατὰ πῆχυν ἐπιδιδόντα πρὸς ἕκαστον τῶν μαθημάτων. Καὶ ἡ μὲν περὶ τὰ τῶν Χαλδαίων αὐτοῦ παρασκευὴ ἀκροθιγῶς πως εἴρηται.

κζ'.

Ἀναγινώσκων δὲ ἐγώ ποτε παρ' αὐτῷ τὰ Ὀρφέως, καὶ οὐ μόνον τὰ παρὰ τῷ Ἰαμβλίχῳ καὶ Συριανῷ ἀκούων

ἐν ταῖς ἐξηγήσεσιν, ἀλλὰ πλείω τε ἅμα καὶ προσφυέστερα τῇ θεολογίᾳ, ᾔτησα τὸν φιλόσοφον μηδὲ τὴν τοιαύτην ἔνθεον ποίησιν ἀνεξήγητον ἐᾶσαι, ὑπομνηματίσασθαι δὲ καὶ ταύτην ἐντελέστερον. Ὁ δὲ ἔφασκεν προθυμηθῆναι
p.66. μὲν πολλάκις γράψαι, κωλυθῆναι δὲ ἐναργῶς ἔκ τινῶν ἐνυπνίων. Αὐτὸν γὰρ ἔλεγεν θεάσασθαι τὸν διδάσκαλον, ἀπείργοντα αὐτὸν μετὰ ἀπειλῆς. Μηχανὴν οὖν ἐνταῦθα ἄλλην ἐπινοῶν, ἠξίωσα γὰρ παραγράφειν αὐτὸν τὰ ἀρέσκοντα τοῖς τοῦ διδασκάλου βιβλίοις. Πεισθέντος δὲ τοῦ ἀγαθοειδεστάτου, καὶ παραγράψαντος τοῖς μετώποις τῶν ὑπομνημάτων, ἔσχομεν συναγωγὴν εἰς ταὐτὸν ἁπάντων, καὶ ἐγένετο εἰς Ὀρφέα αὐτῷ σχόλια καὶ ὑπομνήματα στίχων οὐκ ὀλίγων, εἰ καὶ μὴ εἰς πᾶσαν τὴν θεομυθίαν ἢ πάσας τὰς ῥαψῳδίας ἐξεγένετο αὐτῷ τοῦτο ποιῆσαι.

κή.

p.67. Ἀλλ᾽ ἐπεί, ὡς ἔφην, ἐκ τῆς περὶ τὰ τοιαῦτα σχολῆς ἀρετὴν ἔτι μείζονα καὶ τελεωτέραν ἐπορίσατο τὴν θεουργικήν, καὶ οὐκ ἔτι μέχρι τῆς θεωρητικῆς ἔστατο, οὐδὲ κατὰ θάτερον τῶν ἐν τοῖς θείοις διττῶν ἰδιωμάτων ἔζη, νοῶν μόνον καὶ ἀνατεινόμενος εἰς τὰ κρείττονα, πρόνοιαν ἤδη καὶ τῶν δευτέρων ἐτίθετο θειότερόν τινα καὶ οὐ κατὰ τὸν ἔμπροσθεν εἰρημένον πολιτικὸν τρόπον. Ταῖς γὰρ τῶν Χαλδαίων συστάσεσι καὶ ἐντυχίαις καὶ τοῖς θείοις καὶ ἀφθέγκτοις στροφάλοις ἐκέχρητο. Καὶ γὰρ
p.68. ταῦτα παρειλήφει, καὶ τὰς ἐκφωνήσεις καὶ τὴν ἄλλην χρῆσιν αὐτῶν μεμαθήκει παρὰ Ἀσκληπιγενείας τῆς Πλουτάρχου θυγατρός. Παρ᾽ αὐτῇ γὰρ καὶ μόνῃ ἐσώζετο ἀπὸ Νεστορίου τοῦ μεγάλου Ὄργια καὶ ἡ σύμπασα θεουργικὴ ἀγωγή, διὰ τοῦ πατρὸς αὐτῇ παραδοθεῖσα. Πρὸ δὲ τούτων ἐν τάξει ὁ φιλόσοφος τοῖς Χαλδαϊκοῖς καθαρμοῖς καθαιρόμενος, φάσμασι μὲν Ἑκατικοῖς φωτοειδέσιν αὐτοπτουμένοις ὡμίλησεν, ὡς καὶ αὐτός που μέμνηται ἐν ἰδίῳ συγγράμματι. Ὄμβρους τε ἐκίνησεν, ἴυγγά τινα
p.69. προσφόρως κινήσας, καὶ αὐχμῶν ἐξαισίων τὴν Ἀττικὴν ἠλευθέρωσεν. Φυλακτήριά τε σεισμῶν κατετίθετο, καὶ

τῆς τοῦ τρίποδος μαντικῆς ἐνεργείας ἐπειράθη, περί τε τῆς αὐτοῦ λήξεως στίχους ἐξέβαλεν. Ἔδοξε γὰρ ἔτος ἄγων τετταρακοστὸν ὄναρ λέγειν αὐτὸς ἔπη τοιαῦτα·

Ἔνθ᾽ ὑπερουρανίη πωτάσκεται ἄμβροτος αἴγλη
Πηγαίης προθοροῦσα πυρισμαράγου θιασείης, —

καὶ δευτέρου δὲ ἔτους ἀρξάμενος ἐπὶ τοῖς τετταράκοντα, κεκραγὼς ἐδόκει λέγειν ταῦτα·

Ψυχή μοι πνείουσα πυρὸς μένος εἰλήλουθεν, p.70.
Καὶ νόον ἀμπετάσασα πρὸς αἰθέρα πυρσοέλικτος
Ὄρνυται, ἀθανάτης τε βρέμει πολυτειρέα κύκλα.

Καὶ πρὸς τοῖς εἰρημένοις, ὅτι τῆς Ἑρμαϊκῆς εἴη σειρᾶς σαφῶς ἐθεάσατο, καὶ ὅτι τὴν Νικομάχου τοῦ Πυθαγορείου ψυχὴν ἔχοι, ὄναρ ποτὲ ἐπίστευσεν.

κθ'.

Καὶ πολλὰ ἄν τις ἔχοι λέγειν μηκύνειν ἐθέλων, καὶ p.71.
τὰ τοῦ εὐδαίμονος ἐκείνου θεουργικὰ ἐνεργήματα ἀφηγούμενος. Ἑνὸς δὲ ἄλλου ἐκ τῶν μυρίων ἐπιμνησθήσομαι· θαῦμα γὰρ ὄντως καὶ ἀκοῦσαι. Καὶ Ἀσκληπιγένειά ποτε ἡ Ἀρχιάδου μὲν καὶ Πλουτάρχης θυγάτηρ, Θεαγένους δὲ τοῦ καθ᾽ ἡμᾶς εὐεργέτου γαμετὴ, ἔτι κόρη οὖσα καὶ ὑπὸ τοῖς πατράσι τρεφομένη, νόσῳ χαλεπῇ κατείχετο καὶ τοῖς ἰατροῖς ἰάσασθαι ἀδυνάτῳ. Ὁ δὲ Ἀρχιάδας ἐπ᾽ αὐτῇ μόνῃ τὰς ἐλπίδας ἔχων τοῦ γένους, ἤσχαλλε καὶ ὀδυνηρῶς διέκειτο, ὥσπερ ἦν εἰκός. Ἀπογιγνωσκόντων δὲ τῶν ἰατρῶν ἦλθεν, ὥσπερ εἰώθει ἐν τοῖς μεγίστοις, ἐπὶ τὴν ἐσχάτην ἄγκυραν, μᾶλλον δὲ ὡς ἐπὶ p.72.
σωτῆρα ἀγαθὸν τὸν φιλόσοφον, καὶ λιπαρήσας αὐτὸν ἠξίου σπεύδοντα καὶ αὐτὸν εὔχεσθαι ὑπὲρ τῆς θυγατρός. Ὁ δὲ παραλαβὼν τὸν μέγαν Περικλέα τὸν ἐκ τῆς Λυδίας, ἄνδρα μάλα καὶ αὐτὸν φιλόσοφον, ἀνῄει εἰς τὸ Ἀσκληπιεῖον προσευξόμενος τῷ θεῷ ὑπὲρ τῆς καμνούσης. Καὶ γὰρ ηὐτύχει τούτου ἡ πόλις τότε, καὶ εἶχεν ἔτι ἀπόρθητον τὸ τοῦ σωτῆρος ἱερόν. Εὐχομένου δὲ αὐτοῦ τὸν ἀρ- p.73.
χαιότερον τρόπον, ἀθρόα μεταβολὴ περὶ τὴν κόρην ἐφαίνετο καὶ ῥαστώνη ἐξαίφνης ἐγίγνετο· ῥεῖα γὰρ ὁ σωτὴρ, ὥστε θεὸς, ἰᾶτο. Συμπληρωθέντων δὲ τῶν ἱερῶν, πρὸς

τὴν Ἀσκληπιγένειαν ἐβάδιζε καὶ κατελάμβανεν αὐτὴν ἄρ-
τι μὲν τῶν περιεστώτων τὸ σῶμα λελυμένην παθῶν, ἐν
ὑγιεινῇ δὲ καταστάσει διάγουσαν. Καὶ τοιοῦτον ἔργον
διεπράξατο οὐκ ἄλλως ἢ κἀνταῦθα τοὺς πολλοὺς λανθά-
p.74. νων, καὶ οὐδεμίαν πρόφασιν τοῖς ἐπιβουλεύειν ἐθέλουσι
παρασχὼν, συνεργησάσης αὐτῷ πρὸς τοῦτο καὶ τῆς οἰκίας,
ἐν ᾗ αὐτὸς ᾤκει· καὶ γὰρ πρὸς τοῖς ἄλλοις εὐτυχήμασιν,
ἁρμοδιωτάτη αὐτῷ καὶ ἡ οἴκησις ὑπῆρξεν, ἣν καὶ ὁ πα-
τὴρ αὐτοῦ Συριανὸς καὶ ὁ προπάτωρ, ὡς αὐτὸς ἐκάλει,
Πλούταρχος ᾤκησαν, γείτονα μὲν οὖσαν τοῦ ἀπὸ Σοφο-
κλέους ἐπιφανοῦς Ἀσκληπιείου, καὶ τοῦ πρὸς τῷ θεάτρῳ
p.75. Διονυσίου, ὁρωμένην δὲ ἢ καὶ ἄλλως αἰσθητὴν γιγνομένην
τῇ ἀκροπόλει τῆς Ἀθηνᾶς.

λ'.

Ὅπως δὲ αὐτὸς καὶ αὐτῇ τῇ φιλοσόφῳ θεῷ προσφι-
λὴς ἐγένετο, παρέστησε μὲν ἱκανῶς καὶ ἡ αἵρεσις τοῦ ἐν
φιλοσοφίᾳ βίου, τοιαύτη γενομένη οἵαν ὁ λόγος ὑπέδειξε·
σαφῶς δὲ καὶ αὐτὴ ἡ θεὸς ἐδήλωσεν, ἡνίκα τὸ ἄγαλμα
αὐτῆς τὸ ἐν Παρθενῶνι τέως ἱδρυμένον ὑπὸ τῶν καὶ τὰ
ἀκίνητα κινούντων μετεφέρετο. Ἐδόκει γὰρ τῷ φιλοσό-
p.76. φῳ ὄναρ φοιτᾶν παρ᾽ αὐτὸν εὐσχήμων τις γυνὴ, καὶ ἀπαγ-
γέλλειν, ὡς χρὴ τάχιστα τὴν οἰκίαν προπαρασκευάζειν·
„Ἡ γὰρ κυρία Ἀθηναΐς“ ἔφη „παρὰ σοὶ μένειν ἐθέλει.“
Τήν γε μὴν περὶ τὸν Ἀσκληπιὸν αὐτοῦ οἰκειότητα ἔδειξε
μὲν καὶ τὸ πρώην ἔργον, ἔπεισε δὲ ἡμᾶς καὶ ἐν τῇ τελευ-
ταίᾳ νόσῳ ἐπιφάνεια τοῦ θεοῦ. Μεταξὺ γὰρ ὢν ὕπνου
καὶ ἐγρηγόρσεως, εἶδε δράκοντα περὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ
ἕρποντα, ἀφ᾽ ἧς αὐτῷ τὴν ἀρχὴν ἐπέθετο τὸ τῆς παρέ-
σεως νόσημα, καὶ οὕτω ἐκ τῆς ἐπιφανείας ἀνακωχῆς τινὸς
τοῦ νοσήματος ᾔσθετο, καὶ εἰ μὴ προθυμία καὶ πολλὴ
ἔφεσις τοῦ θανάτου ἐκώλυσεν, ἐπιμελείας δὲ τῆς προσηκού-
σης ἠξίωσε τὸ σῶμα, ὑγιὲς, οἶμαι, τέλεον αὖθις ἐγεγόνει.

λά.

p.77. Κἀκεῖνα δὲ μνήμης ἄξια διηγεῖτο ὑπὸ συμπαθείας
οὐκ ἄνευ δακρύων. Ἐδεδίει γὰρ ἀκμαζούσης αὐτῷ τῆς

ἡλικίας, μήποτε ἡ τοῦ πατρὸς ἀρθρῖτις νόσος, ἅτε φιλοῦσα καὶ εἰωθυῖα δὲ τὰ πολλὰ εἰς παῖδας ἐκ πατέρων χωρεῖν, οὕτω καὶ ἐπ' αὐτὸν ἔλθοι· καὶ οὐκ ἀδεὲς, οἶμαι, ἐδεδίει. Ἤδη γὰρ ἦν πρὸ τοῦ, ὅπερ καὶ ἔδει πρότερον ἱστορῆσαι, ἀλγηδόνος τοιαύτης αἰσθόμενος, ἡνίκα δὴ καὶ ἄλλο παράδοξον ἐγεγόνει περὶ αὐτόν. Συμβουλευθεὶς γὰρ παρά τινῶν ἐπέθηκε τὸ λεγόμενον πτυγμάτιον τῷ ἀλγοῦντι ποδὶ, καὶ κειμένου αὐτοῦ ἐπὶ τῆς κλίνης, στρουθὸς ἐξαίφνης καταπτὰς ὑφήρπασε τὸ πτυγμάτιον. Ἦν p.78. μὲν οὖν καὶ ὁ σύμβολος θεῖος καὶ ὄντως παιώνειος ἱκανός τε θάῤῥος ἐμποιῆσαι περὶ τοῦ μέλλοντος· ὁ δὲ, ὥσπερ ἔφην, καὶ ἐς ὕστερον οὐδὲν ἧττον φόβῳ τῆς νόσου κατείχετο. Ἱκετεύσας δὴ τὸν θεὸν περὶ τούτου καὶ δεηθεὶς φῆναί τι αὐτῷ σαφὲς, καθευδήσας εἶδε (τολμηρὸν μὲν καὶ ἐνθυμηθῆναι, τολμητέον δ' οὖν ὅμως καὶ οὐκ ἀποδειλιατέον τὸ ἀληθὲς εἰς φῶς ἀγαγεῖν) εἶδε δὲ, ὡς ἐδόκει, ἥκοντά τινα ἐξ Ἐπιδαύρου καὶ ἐπικύψαντα εἰς τὰ σκέλη, καὶ οὐδὲ τὰ γόνατα διὰ φιλανθρωπίαν ἀπαρνησάμενον φιλεῖν. Διετέλεσεν οὖν τὸ ἐντεῦθεν πάντα τὸν βίον περὶ p.79. τούτου θαῤῥῶν, καὶ εἰς γῆρας ἀφίκετο βαθὺ μηδενὸς ἔτι πάθους τοιούτου ἐπαισθανόμενος.

λβ'.

Καὶ μὴν ὁ ἐν Ἀδρόττοις θεὸς ἐναργῶς ἔδειξεν τοῦ θεοφιλοῦς ἀνδρὸς τὴν πρὸς αὐτὸν οἰκειότητα. Εὐμενῶς γὰρ αὐτὸν ἐδεξιοῦτο ταῖς ἐπιφανείαις φοιτῶντα πρὸς τὸν νεών. Καὶ ἀποροῦντι καὶ εὐχομένῳ μαθεῖν, τίς ἢ τίνες οἱ ἐπιφοιτῶντες καὶ τιμηθέντες ἐν τῷ τόπῳ θεοὶ, διὰ τὸ μηδὲ τοὺς αὐτοὺς κρατεῖν παρὰ τοῖς ἐπιχωρίοις λόγους (ἐνίων μὲν δοξαζόντων Ἀσκληπιοῦ εἶναι τὸ ἱερὸν καὶ τοῦτο ἐκ πολλῶν τεκμηρίων πιστουμένων· καὶ γὰρ ὄντως ἀκοαὶ λέγονταί που εἶναι τῷ τόπῳ, καὶ τράπεζά τις τῷ p.80. θεῷ ἀνειμένη, καὶ χρησμοὶ δίδονται ἑκάστοτε ὑγιαστικοὶ, καὶ ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων σώζονται παραδόξως οἱ προσιόντες· ἑτέρων δὲ τινῶν οἰομένων τοὺς Διοσκούρους ἐπιφοιτᾷν τῷ τόπῳ· ἤδη γάρ τινες καὶ δύο νεανίσκους, ὡς ἐδόκουν, ἐθεάσαντο ὕπαρ κατὰ τὴν ἐπὶ τὰ Ἄδροττα ὁδὸν,

μάλα εὐειδεῖς, ἐφ' ἵππων θέοντας καὶ λέγοντας ἐπὶ τὸ ἱερὸν σπεύδειν, ὡς ὑπολαβεῖν μὲν ἀνθρώπων εἶναι τὴν ὄψιν, πεισθῆναι δὲ παραυτίκα, ὅτι δαιμονιωτέρα ἦν ἡ ἐπιφάνεια· ἐπειδὴ γὰρ πρὸς τῷ νεῷ οἱ ἄνθρωποι ἐγένοντο, οὔτε πυνθανομένοις ἐλέγοντο ὦφθαι τοῖς περὶ τὸ ἱερὸν ἠσχολημένοις ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς ἐκεί-
p.81. νοις ἐξαίφνης εἰς τὸ ἀόρατον μετέβαλλον·), ἐκ τούτων οὖν, ὡς εἴρηται, ἀποροῦντι τῷ φιλοσόφῳ καὶ οὐκ ἔχοντι ἀπιστεῖν τοῖς ἱστορημένοις, δεηθέντι τῶν ἐντοπίων θεῶν μηνῦσαι αὐτῷ τὴν σφῶν αυτων ἰδιότητα, ἐδόκει οἱ ὁ θεὸς ὄναρ ἐπιφοιτᾷν καὶ ἐναργῶς ταῦτα
p.82. ὑφηγεῖσθαι· „Τί δαί; Ἰαμβλίχου οὐκ ἀκήκοας λέγοντος „τίνες οἱ δύο, καὶ ὑμνοῦντος Μαχάονά τε καὶ Ποδα„λείριον;“ Καὶ πρὸς τούτοις ὁ θεὸς τοσαύτης τὸν εὐδαίμονα τοῦτον εὐμενείας ἠξίωσεν, ὥστε καθάπερ οἱ ἐν τοῖς θεάτροις ἐγκώμια τινῶν λέγοντες, οὕτω καὶ αὐτὸν παρεστάναι καὶ λέγειν μεθ' ὑποκρίσεώς τινος καὶ τοῦ σχήματος τῆς χειρὸς ἀποτεινόμενον (ἐπ' αὐτῶν δὲ ἐρῶ τῶν θείων ῥημάτων)· „Πρόκλος ὁ κόσμος τῆς πολιτεί-
p.83. „ας.“ Καὶ τίς ἂν εἴη μαρτυρία ταύτης μείζων περὶ τῆς θεοφιλείας τοῦ τὰ πάντα εὐδαίμονος; Διὰ δὲ τὴν περὶ τὸ θεῖον πολλὴν συμπάθειαν πάντως εἰς δάκρυα ὑπήγετο, εἴ ποτε καὶ τούτων ὧν εἶδε πρὸς ἡμᾶς ἐποιεῖτο μνήμην, καὶ τοῦ εἰς αὐτὸν ῥηθέντος θείου ἐγκωμίου.

λγ'.

Ἀλλ' εἰ οὕτως ἐθέλοιμι πᾶσιν ἐπεξιέναι καὶ τὴν φιλίαν αὐτοῦ φράζειν τὴν πρὸς τὸν Πᾶνα τὸν Ἑρμοῦ, καὶ τὴν πολλὴν εὐμένειαν καὶ σωτηρίαν, ἧς ἔτυχεν Ἀθήνησι παρὰ τοῦ θεοῦ, ἔτι γε μὴν τὴν εὐμοιρίαν ὅσην ἔλαχε παρὰ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ἐπεκδιηγεῖσθαι, ἐφ' ᾗ δὴ μάλιστα ηὔχει καὶ σφόδρα εὐφραίνετο, ἀδολεσχεῖν
p.84. ἴσως ἂν δόξαιμι τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ἐνίοις δὲ καὶ ἄπιστα λέγειν. Πολλὰ γὰρ ἦν καὶ μεγάλα καὶ τὰ παρὰ τῆς θεοῦ εἰς αὐτὸν ὁσημέραι πραττόμενά τε καὶ λεγόμενα, ὧν διὰ τὸ πλῆθος καὶ τὸ ἀπροσδόκητον συγγραφῆς οὐδὲ τὴν μνήμην ἔχω γε νῦν πάνυ διηρθρωμένην.

Εἰ δέ τις ἐπιποθεῖ κατιδεῖν αὐτοῦ καὶ ταύτην τὴν ἐπιτηδειότητα, λαβέτω εἰς χεῖρας τὴν μητρωακὴν αὐτοῦ βίβλον. Ὄψεται γὰρ, ὡς οὐκ ἄνευ θείας κατακωχῆς τὴν θεολογίαν τὴν περὶ τὴν θεὸν ἐξέφηνεν ἅπασαν, καὶ τὰ ἄλλα τὰ μυθικῶς περὶ αὐτὴν καὶ τὸν Ἄττιν δρώμενά τε καὶ λεγόμενα φιλοσόφως ἀνέπτυξεν, ὡς μηκέτι θράττεσθαι τὴν ἀκοὴν ἐκ τῶν ἀπεμφαινόντων θρήνων καὶ τῶν p.85.
ἄλλων τῶν ἐκεῖ κρυφίως λεγομένων.

λδ'.

Ἐπιδραμόντες τοίνυν καὶ τοῖς ἀπὸ τῆς θεουργικῆς αὐτοῦ ἀρετῆς ἐνεργήμασι καὶ εὐτυχήμασι, καὶ διὰ πάντα ἄνδρα παρισωμένον ταῖς ἀρεταῖς ἱστορήσαντες, οἷον οὐδεπώποτε ἐν τῷ μακρῷ χρόνῳ ἑωράκασιν ἄνθρωποι, πέρας ἤδη ἐπιθῶμεν τοῖς περὶ αὐτοῦ λόγοις. Γέγονε δὲ ἡμῖν ἡ ἀρχὴ οὐκ ἀρχὴ μόνον, οὐδὲ μὴν, κατὰ τὴν παροιμίαν, ἥμισυ τοῦ παντὸς, αὐτὸ δὲ ὅλον τὸ πᾶν. Ἀπὸ γὰρ τῆς εὐδαιμονίας αὐτοῦ ἀρξάμενοι καὶ δι᾽ αὐτῆς μέσης προελθόντες, ἐπ᾽ αὐτὴν αὖθις ἐπανήλθομεν, τῷ λόγῳ p.86.
τὰ παρὰ τῶν θεῶν καὶ ὅλως τῆς προνοίας δωρηθέντα τῷ σπουδαίῳ ἀγαθὰ παραστήσαντες, εὐηκοΐας καὶ ἐπιφανείας καὶ θεραπείας καὶ τὴν ἄλλην αὐτῶν ἐπικουρίαν μηνύσαντες, τά τε ἀπὸ τῆς εἱμαρμένης καὶ τῆς ἀγαθῆς τύχης αὐτῷ κληρωθέντα, πατρίδα τε καὶ γονεῖς καὶ σώματος εὐφυΐαν, διδασκάλους τε καὶ φίλους, καὶ τὴν ἄλλην περιουσίαν, μεγέθει τε καὶ λαμπρότητι τῶν παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπαντα διαφέροντα τῷ λόγῳ παραστήσαντες, ἔτι γε μὴν τὰ ἐκ τῆς οἰκείας αὐτοῦ προαιρέσεως καὶ οὐκ ἔξωθέν ποθεν ἐπιγενόμενα πλεονεκτήματα ἀπαριθμησάμενοι (τοιαῦτα γὰρ ἦν τὰ κατὰ τὴν σύμπασαν αὐτοῦ ἀρετὴν τῆς ψυχῆς κατορθώματα), συλλήβδην δὲ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ τῆς ψυχῆς ἐπιδείξαντες κατ᾽ ἀρετὴν τελείαν p.87.
προϊοῦσαν, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς ἱκανῶς κεχορηγημένην θείοις τε καὶ ἀνθρωπίνοις καὶ ἐν βίῳ τελείῳ.

λέ.

Ἵνα δὲ καὶ οἱ φιλοκαλώτεροι ἀπὸ τῆς τῶν ἄστρων διαθέσεως, ὑφ᾽ ᾗ ἐτέχθη, συμβάλλειν ἔχοιεν, ὅπως ὁ κλῆρος αὐτῷ τῆς αἱρέσεως οὐκ ἐν τελευταίοις ἔπιπτεν οὐδὲ ἐν μέσοις τισὶν, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς πρωτίστοις, ἐξεθέμην αὐτῶν τὰ σχήματα, ὡς εἶχεν ἐν τῇ γενέσει.

☉	Κριῷ, μορίῳ	ιϛ'	-	κϛ'
☾	Διδύμοις	ιζ'	-	κθ'
♄	Ταύρῳ	κδ'	-	κγ'
♃	Ταύρῳ	κδ'	-	μά
♂	Τοξότῃ	κθ'	-	ν'
♀	Ἰχθύσι	κγ'		
☿	Ὑδροχόῳ	δ'	-	μβ'
p.88.	Ὡρόσκοπος Κριῷ	ή	-	ιθ'
	Μεσουράνημα Αἰγοκέρωτι	δ'	-	μβ'
	Ἀναβιβάζων Σκορπίῳ	κδ'	-	λγ'
	Προγενομένη σύνοδος Ὑδροχόῳ	ή	-	νά

λϛ'.

Ἐτελεύτησε δὲ τῷ δ' καὶ κ' καὶ ρ' ἔτει ἀπὸ τῆς Ἰουλιανοῦ βασιλείας, ἄρχοντος Ἀθήνησι Νικαγόρου τοῦ νεωτέρου, μηνὸς κατὰ μὲν Ἀθηναίους Μουνυχιῶνος ιζ', κατὰ δὲ Ῥωμαίους Ἀπριλίου ιζ'. Καὶ θεραπείας τὸ σῶμα ἠξιώθη κατὰ τὰ πάτρια τὰ Ἀθηναίων, καὶ ὡς αὐτὸς ἔτι περιὼν διετάξατο. Καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτο ὑπῆρξεν τῷ μακαρίῳ ἀνδρὶ, εἴπερ τινὶ καὶ ἄλλῳ, γνῶσις καὶ ἐπιμέλεια τῶν δρωμένων περὶ τοὺς ἀποιχομένους. Οὐδένα γὰρ καιρὸν τῆς εἰωθυίας αὐτῶν θερα-
p.89. πείας παραλέλοιπεν, ἑκάστου δὲ ἔτους κατά τινας ὡρισμένας ἡμέρας, καὶ τὰ τῶν ἀττικῶν Ἡρώων περινοστῶν, τά τε τῶν φιλοσοφησάντων μνήματα, καὶ τῶν ἄλλων τῶν φίλων καὶ γνωρίμων αὐτῷ γεγονότων, ἔδρα τὰ νενομισμένα, οὐ δι᾽ ἑτέρου, ἀλλ᾽ αὐτὸς ἐνεργῶν. Μετὰ δὲ τὴν περὶ ἕκαστον θεραπείαν, ἀπιὼν εἰς τὴν Ἀκαδημίαν, τὰς τῶν προγόνων καὶ ὅλως τὰς ὁμογνίους ψυχὰς ἀφορισμένως ἐν τόπῳ τινὶ ἐξιλεοῦτο. Κοινῇ δὲ πάλιν ταῖς

τῶν φιλοσοφησάντων ἁπάντων ψυχαῖς ἐν ἑτέρῳ μέρει ἔχειτο. Καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις ὁ εὐαγέστατος τρίτον ἄλλον περιγράψας τόπον, πάσαις ἐν αὐτῷ ταῖς τῶν ἀποιχομένων ἀνθρώπων ψυχαῖς ἀφωσιοῦτο. Περισταλὲν, ὡς εἴρηται, καὶ αὐτοῦ τὸ σῶμα κατὰ τὴν παρ' αὐτοῦ ὑφήγησιν, καὶ ἐκκομισθὲν ὑπὸ τῶν ἑταίρων, ἐτάφη ἐν p.90. τοῖς ἀνατολικωτέροις προαστείοις τῆς πόλεως πρὸς τῷ Λυκαβηττῷ, ἔνθα καὶ τὸ τοῦ καθηγεμόνος Συριανοῦ κεῖται σῶμα. Ἐκεῖνος γὰρ αὐτῷ τοῦτο παρεκελεύσατο ἔτι περιὼν καὶ τὴν θήκην τοῦ μνήματος διπλῆν διὰ τοῦτο ἐργασάμενος. Καὶ μετὰ θάνατον δὲ ἐπειδήποτε ἐβουλεύετο ὁ ὁσιώτατος μὴ παρὰ τὸ καθῆκον εἴη, τὸν p.91. αὐτὸν ὄναρ ἐπαπειλοῦντα αὐτῷ, καὶ διότι μόνον τοῦτο ἐνεθυμήθη. Ἐπιγέγραπται δὲ τῷ μνήματι καὶ ἐπίγραμμα τετράστιχον, ὃ αὐτὸς ἑαυτῷ ἐποίησε, τοιοῦτον·

Πρόκλος ἐγὼ γενόμην Λύκιος γένος, ὃν Συριανὸς
 Ἐνθάδ' ἀμοιβὸν ἑῆς θρέψε διδασκαλίης·
Ξυνὸς δ' ἀμφοτέρων ὅδε σώματα δέξατο τύμβος·
 Αἴθε δὲ καὶ ψυχὰς χῶρος ἑεὶς λελάχοι.

λζʹ.

Ἐγένοντο δὲ καὶ διοσημεῖαι πρὸ ἐνιαυτοῦ τῆς τελευτῆς, ὡς ἡ ἔκλειψις ἡ ἡλιακὴ, οὕτως ἐναργὴς, ὥστε καὶ p.92. νύκτα μεθ' ἡμέραν γενέσθαι. Σκότος γὰρ ἐγένετο βαθὺ καὶ ἀστέρες ὤφθησαν. Αὕτη μὲν οὖν ἐν αἰγοκέρωτι ἐγένετο κατὰ τὸ ἀνατολικὸν κέντρον. Ἀνεγράψαντο δὲ καὶ ἑτέραν οἱ ἡμερογράφοι, ὡς ἐσομένην καὶ αὐτὴν πληρουμένου τοῦ πρώτου ἐνιαυτοῦ. Τὰ δὲ τοιαῦτα περὶ τὸν οὐρανὸν δοκοῦντα συμβαίνειν παθήματα, σημαντικά φησι γίγνεσθαι τῶν περὶ γῆν συμβαινόντων, καὶ ἡμῖν δὲ σαφῶς ἐδήλωσε τὴν στέρησιν καὶ οἷον ἀπόλειψιν τοῦ ἐν φιλοσοφίᾳ φωτός.

λήʹ.

Ἐμοὶ μὲν οὖν καὶ ταῦτα ἀποχρώντως περὶ τοῦ p.93. φιλοσόφου ἱστορείσθω. Ἐξέστω δὲ τῷ βουλομένῳ καὶ περὶ τῶν συγγεγονότων αὐτῷ ἑταίρων τὰ ἀληθῆ ἀναγρά-

φειν· πολλοὶ γὰρ αὐτῷ πολλαχόθεν ἐφοίτησαν, οἱ μὲν ἐπὶ ἀκροάσει μόνον ψιλῇ, οἱ δὲ καὶ ζηλωταὶ καὶ διὰ φιλοσοφίαν αὐτῷ συσχολάσαντες. Καὶ τὰ συγγράμματα δὲ αὐτοῦ ὁ φιλοπονώτερος ἐπὶ κεφαλαίων ἀπαριθμείσθω. Ἐγὼ γὰρ διά τε τὸ ἐμαυτοῦ συνειδὸς, καὶ ἵνα ἀφοσιώσωμαι πρὸς τὴν θείαν αὐτοῦ ψυχὴν καὶ τὸν εἰληχότα αὐτὴν ἀγαθὸν δαίμονα, καὶ ταῦτα προήχθην
p.94. εἰπεῖν· περὶ δὲ τῶν συγγραμμάτων τοσοῦτον ἐρῶ, ὅτι ἀεὶ μὲν τῶν ἄλλων πάντων προετίθει τὰ εἰς Τίμαιον ὑπομνήματα. Ἠρέσκετο δὲ πάνυ καὶ τοῖς εἰς Θεαίτητον. Εἰώθει δὲ πολλάκις καὶ τοῦτο λέγειν, ὅτι „Κύ-„ριος εἰ ἦν, μόνα ἂν τῶν ἀρχαίων ἁπάντων βιβλίων „ἐποίουν φέρεσθαι τὰ Λόγια καὶ τὸν Τίμαιον, τὰ δὲ „ἄλλα ἠφάνιζον ἐκ τῶν νῦν ἀνθρώπων, διὰ τὸ καὶ „βλάπτεσθαι ἐνίους τῶν εἰκῆ καὶ ἀβασανίστως ἐντυγχα-„νόντων αὐτοῖς.“

Πρόκλος ἢ περὶ εὐδαιμονίας τετέλεσται μετὰ τοῦ θεοῦ.

MARINI NEAPOLITANI PROCLUS.

I.

Si magnitudinem animi, vel caeteram dignitatem Procli noſtri temporis Philoſophi conſideraſſem, tum quibus rebus inſtructos, quaque facultate dicendi praeditos eſſe conveniat, qui ſibi vitam illius deſcribendam ſumant, denique ad meam reſpexiſſem inopiam dicendi, rectius eſſe iudicaſſem me continere, foſſasque, quod aiunt, non tranſilire, ac tantum orationis declinare periculum. Iam vero in hoc non habui tam exquiſitam rationem mei, cum cogitarem, quod etiam in templis, qui ad aras accedunt, non paria ſinguli ſacra faciant, ſed alii tauris, vel capris, caeteriſque generis eiusdem curent, ut Deorum, quorum illae ſunt arae, non indigni ſint beneficentia: item hymnos efficiant elegantius alii metro, alii oratione ſoluta: caeteri vero, qui nihil eorum habent quod offerant, ſed vel placentam ſolum, et micam forte thuris ſacrificant, et brevi compellatione invocationes expediunt, non minus aliis exaudiantur. Haec, inquam, dum cogitarem, et vererer, ut eſt apud Ibycum, ne quid non erga deos (ſic enim aiebat ille) ſed erga ſapientem virum delinquens, laudem apud homines aſſequerer: etenim neque fas eſſe duco, quod unus ego familiarium ſileam, atque de eo non pro viribus ea referam, quae vera ſunt, quem forte prae caeteris loqui deceat: ac fortaſſe ne apud homines quidem gloriam conſequar, quod non omnino exiſtimaturi ſint, oſtentationem me vitare voluiſſe, ſed

p. 1. (beside line 1) · p. 2. (beside "qui ad aras accedunt") · p. 3. (beside "non pro viribus")

quadam mentis inertia, vel etiam graviori animi morbo ab inſtituto negotio refugiſſe: his omnibus commotus aggrediendum mihi exiſtimavi, ut aliqua huius Philoſophi praeclara conſcriberem, cum ſint infinita, atque adeo veriſſime de eo commemorentur.

II.

Auſpicabor itaque non uſitata ſcriptorum conſue-
tudine, qui orationem in capita diſtributam ordine per-
tractant, ſed ipſam felicitatem beati viri rectiſſime vi-
deor fundamentum iacturus orationis. Etenim arbitror,
fuiſſe eum feliciſſimum eorum hominum, qui multis
p. 4. antea ſeculis celebrati ſunt non dico ſapientum beati-
tudine tantum; quamvis hanc omnium maxime poſſi-
deret, neque eo, quod illi corporis bona quam optime
conſtituta fuerint, neque rurſum ratione fortunarum,
tametſi etiam iſtae, ſi cuiquam hominum, illi maxime
contigerunt; omnium enim, quae dicuntur externa bo-
na, magna ſuppetebat illi copia: ſed perfectam, omni-
bus partibus abſolutam et ex his utrisque conſtitutam
felicitatem dico. Primum itaque ſecundum genera
diductis virtutibus in naturales, et morales, et politi-
cas, itemque ſublimiores, quae in purificatione verſan-
tur et contemplatione, easque quibus ad aliquam deo-
rum ſimilitudinem pervenitur, quae vero ſunt his etiam
p. 5. ſuperiores praeteritis, ut iam ſupra hominem poſitis, a
magis naturalibus initium faciemus.

III.

Eas igitur omnes, quibuscum, ſi contingunt, naſcimur, hic quem laudamus vir beatus, ab ipſis natalibus habuit naturaliter inſitas, quarum veſtigia etiam in extremo, et inſtar oſtrei ſibi circumdato amictu, evidenter apparebant. Primum integritas ſenſuum ſingularis, quam prudentiam corporis nominant, ſenſusque praecipue digniores, viſus, et auditus, (qui quidem a Diis ad philoſophiam, et ad commodius vivendum

hominibus dati ſunt) huic per omnem vitam integri
permanſerunt. Secundo robur corporis, quod nullis
frigoribus afficeretur, nec quicquam ex vitioſa, et ne-
glecta ratione victus atque laborum convelli aut com- p. 6.
moveri poſſet, quos die noctuque exhauriebat, dum pre-
caretur, et libros evolveret, et ipſe conſcriberet, et ope-
ram daret familiaribus, et haec univerſa tam naviter
faceret, ut ſingulis tantum ſtudere videretur. Eiusmodi
vero facultatem recte fortaſſe quis fortitudinem corporis
appellaverit. Tertia fuit illi virtus corporis, pulchritu-
do, quam cum temperantia collatam, aliquam habere
cum ea affinitatem putant: et recte. Vt enim illam in
quodam concentu et conſenſione conſideramus animi fa-
cultatum: ſic etiam haec in corpore pulchritudo ex qua-
dam congruentia partium corporis, quibus agimus, intel-
ligitur. Erat autem aſpectu iucundiſſimus, quod non
tantum eſſet hac egregia proportione praeditus, ſed hoc
animi floridum de corpore inſtar vitalis lucis mirum p. 7.
quantum reſplenderet, ut nec oratione ſatis explicari poſ-
ſit. Atque adeo quidem pulcher erat, ut neque pictorum
quisquam illius aſſequi poſſet ſimilitudinem, et omnes
eius imagines, quae circumferebantur, quamvis eſſent
pulcherrimae, tamen plurimum a rei veritate, quam
imitarentur, abeſſent. Quartam vero, ſcilicet ſanitatem,
reſpondere volunt ei, quae eſt in animo, iuſtitiae, et eſſe
iuſtitiam quandam et hanc in corpore, ut eſt illa in ani-
mo. Nihil eſt enim aliud iuſtitia, quam habitus quidam,
partes animi continens in officio. Ita quae inter pugnan-
tia corporum elementa conſenſum concordiamque conci-
liat, ſanitas a medicis appellatur, quae quidem huic ab
incunabulis usque tam bene conſtituta fuit, ut ipſe dice- p. 8.
ret, ſibi, ut eſſet aeger corpore, bis tantum aut ter, tam
longa vita, annis videlicet totis ſeptuaginta quinque con-
tigiſſe. Quin et hoc ſatis argumento fuerit, cui ipſe aſtiti,
quod cum poſtremo morbo detineretur, prorſus ignoraret,
quaenam eſſent illa ingruentia mala, quae corpus inva-
ſiſſent, propter magnam illorum inſolentiam.

IV.

Et quamvis haec quidem ſunt bona corporis, ta-
men vocaverit ea quispiam praenuncios et quaſi comites
illarum, in quas perfectam diduximus virtutem, for-
marum. Iam vero primas dotes animae, quae a natu-
ra, ſine praeceptoris induſtria illi contigerunt, easque
p. 9. virtutis partes, miraretur quis, in eo quales quantaeque
fuerint, quas Plato naturae philoſophicae vult eſſe ele-
menta. Nam erat inſigni memoria, et ingenio, et ma-
gnificentia praeditus, comis, amicus, et quaſi neceſ-
ſarius veritatis, iuſtitiae, fortitudinis, temperantiae;
nequaquam enim prudens mendacium admittebat, ſed
oderat vehementiſſime, fugam vero mendacii atque
veritatem amabat. Ac me hercle neceſſe eſt, qui tanto
ſtudio veritatem eſſet proſequuturus, ut eius ſtatim a
puero ſumme cupidus fuerit; eſt enim veritas omnium
bonorum principium Diis et hominibus. Sed et cor-
poris voluptates contempſiſſe, ac temperantiae fuiſſe
quam amantiſſimum, convincet vel ſolum ad perdiſcen-
p. 10. das diſciplinas ac ſtudiorum omne genus deſiderium,
ſummaque propenſio, quae ſane belluinam atque illi-
beralem voluptatem nunquam ingenerari ſinunt, ani-
mae quidem ipſius ex ſe ipſa ſinceram delectationem
poſſunt excitare. Ab avaritia vero, dici non poteſt,
quam fuerit alienus, ut etiam parentum, quamvis di-
tiſſimorum, divitias puer contempſerit propter incredi-
bile ſtudium philoſophiae. Quamobrem et ab illibe-
ralitate procul aberat, et a rerum cura minorum, cum
eſſet univerſi et rerum divinarum atque humanarum
ſtudioſiſſimus. Ex tali mente nactus animi magnitudi-
nem, nihili faciebat humanam vitam, nec, ut alii,
mortem quicquam eſſe grave putabat. Omnia vero,
quae caeteris formidanda videbantur, nequaquam perti-
p. 11. meſcebat, hac affectione ſola naturali, quam non alio
virtutis nomine quam fortitudinis appellari convenit.
Ex his autem iam omnibus, etiam iis, qui periculum

illius optimae indolis non fecerunt, conſtare arbitror, quod ſtatim a puero iuſtitiam amaverit, iuſtus facilisque fuerit, nequaquam in convictu vel in contractibus difficilis aut denique iniuſtus. Nobis certe quidem viſus eſt modeſtus et elegans, non avarus, non illiberalis, non arrogans, aut timidus eſſe natura.

V.

Bonitatem vero ingenii atque ubertatem nonne ſupervacuum fuerit commemorare? apud eos praeſertim, qui ſciunt quique audierunt, quod pulcherrimarum diſciplinarum plenus fuerit, quam multa ipſe p.12.
pepererit, et in lucem hominibus ediderit, ita ut ſolus ex oblivionis poculo nihil bibiſſe videatur, ea facultate memoriae praeditus, nusquam conturbabatur, neque, quod accidit obliviſcentibus, illi contingebat, nunquam excidebat ipſe ſibi, ut retinendis diſciplinis ſufficiens, et qui tantum illarum ſtudio delectaretur. Erat autem ab agreſti et a Muſis averſa atque horrida natura remotiſſimus, ad cultiora vero maxime propenſus: etenim propter ſingularem in communibus congreſſibus ac ſacris ſuis epulis aliisque actionibus urbanitatem ac feſtivitatem, ſervata tamen honeſtate, ſuos familiares alliciebat, alacrioresque ſemper dimittebat.

VI.

His itaque omnibus et aliis naturae dotibus inde p.13.
ab initio praeditum, parit Marcella mater Patricio legitime iuncta: ambo Lycii, genere et virtute excellentes. Naſcentem excipit ac tanquam obſtetrix curat Dea tutelaris Byzantii, quae tum quidem illi, ut eſſet, cauſa fuit, naſcenti ſcilicet in ipſius civitate: poſtea vero etiam, ut bene eſſet, providebat, cum iam inter pueros et adoleſcentes annumeraretur. Nam ipſa per quietem illi viſa hortabatur ad philoſophiae ſtudium, unde videlicet extitit illi tam propenſus erga deam animus, ut illius potiſſimum ſacra perageret, maioreque, ut ita di- p.14.

cam, cum furore coleret instituta. Parentes denique natum deducunt in suam patriam Apollini consecratam Xanthum, quae ipsa quoque patria illi quadam divina providentia contigit, credo quod eum, qui omnium scientiarum princeps futurus erat, sub Musarum duce Deo educari atque erudiri oportebat. Ibi tum elegantissimis moribus institutus morales virtutes assequebatur, assuescens amare, quae facere conveniret, fugereque contraria.

VII.

Tum vero Deorum amor, qui illum a natalibus
p.15. summus comitabatur, manifeste apparebat. Nam cum quodam tempore corporis aliquo morbo detineretur, et graviter quidem ac vix iam ut videretur sanari posse, astitit ad lectum procerior adolescens, qui admodum iuvenis et aspectu pulcher videbatur, ut vel antequam nomen diceret, existimare posset esse Telesphorum: se tamen prodens, quisnam esset, nomenque pronuncians, attacto capite (stabat enim, caput in illius cervical reclinans) confestim sanitatem restituit aegrotanti, atque ita simul evanuit. Hoc ergo divinum, eaque divina benevolentia tum sic puero exhibebatur.

VIII.

Brevi spatio temporis cum in Lycia dedisset operam Grammatico, profectus Alexandriam Aegypti, secum singulares morum virtutes attulit, quibus etiam
p.16. eius loci magistros ad se diligendum permovebat. Quamobrem Leonas Rhetor, Isaurus, opinor, genere, inter complures, qui tum erant Alexandriae suae professionis clarus, non tantum suorum studiorum fecit participem, sed etiam domesticum habere dignatus est, curavitque, ut cibum una cum uxore liberisque caperet, non aliter, quam si ipse quoque sibi verus filius exstitisset. Perfecit autem, ut principibus in Aegypto viris innotesceret, qui mirifice delectati adolescentis acumine

ingenii, et morum elegantia, atque integritate, eum inter amicissimos habuerunt. Eruditus est etiam ab Orione Grammatico, cuius fuerant maiores apud Aegyptios, sacerdotali functi munere, quique tantum in artis p.17.
cognitione profecerat, ut ipse libros elaboraret, posterisque non sine fructu relinqueret. Romanorum quoque praeceptorum scholas adiit, magnosque fecit in ea lingua progressus; etenim principio deductus est ad studium patris, in quo ille summo opere claruit, cum ex officio studium iuris tractaret in urbe regia. Vehementer autem arte dicendi delectari, cum esset adolescens, videbatur, cum nondum scripta Philosophorum attigisset, et magnam ex ea gloriam adeptus est, summamque sui admirationem praebuit condiscipulis ac magistris, et propter sermonis elegantiam, atque in percipiendo celeritatem, et quod magis praeceptoris habitum atque in- p.18.
dustriam, quam discipuli prae se ferret.

IX.

Dumque adhuc scholam frequentaret, Rhetor Leonas eum sibi itineris comitem adiunxit, profecturus Byzantium. Quam ipse profectionem suscipiebat, ut gratificaretur amico Theodoro, qui tum Alexandriae praefectus erat, viro urbano, et magnifico, et amanti philosophiae. Ille vero, quamvis adolescens, hoc alacrius praeceptorem sequebatur, ne sua studia interrumpere cogeretur. Sed, ut verius dicam, bona quaepiam fortuna illum reduxit ad suae nativitatis principium. Tum enim reversum Dea ad philosophiam adhortata est, ut Atheniensium quoque scholas inviseret. Reversus p.19.
autem prius Alexandriam, Rhetorica caeterisque, quibus ante studuerat, valere iussis, sese qui tum ibi erant philosophorum sermonibus dedidit. Frequentabat Aristotelicae doctrinae imbibendae caussa Olympiodorum, Philosophum clarissimum, in disciplinis autem Mathematicis se Heroni permittebat, viro religioso, et qui rationum illarum, quibus eas tradi conveniret, erat pe-

ritissimus. Adeo vero etiam hi viri adolescentis mori-
p.20. bus delectati sunt, ut Olympiodorus suam filiolam, quae erat ipsa quoque literis instituta, illi despondere voluerit, et Hero omnem ei suam religionem committeret, atque assiduum sibi convictorem asciscеret. Cum autem Olympiodorum audivisset, virum magna facultate dicendi praeditum, et propter suam in dicendo celeritatem et gravitatem rerum, de quibus ageret, a paucissimis auditoribus intelligeretur, exiens, dimissa multitudine, omnia quae dicta fuerant, suis consodalibus ad verbum pene referebat, cum essent plurima, ut quidam condiscipulorum mihi dicebat Ulpianus Gazaeus, qui
p.21. non minimam ipse quoque suae vitae partem in Philosophia consumpsit. Quin etiam Philosophica Aristotelis scripta magna facilitate perdidicit, quantumvis aggredientibus ea, vel ad nudam tantum lectionem, difficilia.

X.

His itaque cum Alexandriae daret operam, et in iis quae quidem praestare poterant, illorum familiaritate frueretur, postquam in auctoris cuiusdam lectione, quam una conferebant, visi sunt illi non pro dignitate Philosophi mentem interpretari, contemptis iis gymnasiis, et simul memor illius visi, quod Byzantii divinitus contigisset, et exhortationis, Athenas contendebat,
p.22. comitatus eloquentiae et philosophiae praesidibus Diis, bonisque geniis. Ut enim germana et integra successio Platonis conservaretur, deducitur a Diis ad philosophiae praesidem, ut manifeste declararunt sui adventus initia, et omnia divinitus excitata, quae aperte illi praesagiebant illud munus a patre sive Deo, et hoc caelitus futurum suffragium successionis. Nam ut ad Piraeum appulit, idque civibus esset nuntiatum, Nicolaus, qui post in arte dicendi floruit, tum vero studebat apud Atheniensium magistros, descendit ad littus tanquam
p.23. ad notum aliquem, excepturus illum, et hospitio velut civem recepturus; erat enim Nicolaus quoque Ly-

cius; itaque deduxit ad civitatem. Ille vero, cum ex itinere laſſitudinem ſentiret, ad ſacellum Socratis, cum nondum ſciret nec audiviſſet, quod aliquo eo in loco Socrates coleretur, rogavit Nicolaum, maneret ibi pauliſper atque conſideret, et, ſi poſſet alicunde, aquam ſibi miniſtraret, laborabat enim, ut dicebat, magna ſiti. Statim ille, idque non aliunde, quam ex eo ipſo conſecrato loco, curabat adferri, neque enim procul aberat fons ſtatuae Socratis. Bibenti tum ei, Nicolaus, idque tum primum conſiderans, Omen hoc eſt, inquit, quod p.24. in ſacello Socratis conſederis, et inde primam aquam Atticam biberis. Tum ille conſurgens atque exhibita reverentia, ad civitatem pergebat. Cum iam ad arcem perveniſſet, ianitor adfuit ad introitum, repagula foribus obditurus, ut etiam ad illum diceret (ipſius autem hominis verba referam): Certe, niſi veniſſes, clauſiſſem. Et quod potuit omen eſſe manifeſtius, quodque minus Pollete, vel Melampode, vel ſimilibus egeat interpretibus?

XI.

Sed hic quoque deſpiciens Rhetorum ſcholas, p.25. quamvis ab iis admodum expeteretur, ac ſi ob eam ipſam cauſam veniſſet, incidit in principem Philoſophorum Syrianum, Philoxeni filium. Erat in eo ſimul congreſſu Lachares, vir multum in philoſophia verſatus, et in ea ſtudiorum huius Philoſophi ſocius, in eloquentia vero tanta erat admiratione, quanta Homerus in arte poetica. Ille igitur, ut dixi, ſimul aderat. Iam erat autem crepuſculum veſpertinum, dumque inter ſe loquerentur, ſol occidebat. Luna vero ab interlunio primum apparere coeperat. Quare ſalutato hoſpite, tanquam iuniorem conabantur a ſe dimittere, quo videlicet eſſet integrum, ut ipſi ſeorſim Deam adorarent. p.26. At ille non longo ſpatio progreſſus, conſpicatus ipſe quoque ex eadem domo lunam apparere, depoſitis ibi, quae habebat, calceamentis, illis inſpectantibus, Deam

ſalutabat. Hic Lachares vehementer admiratus adole-
ſcentis fidentiam, alloquens Philoſophum Syrianum,
Hoc eſt illud, inquit, quod divine dixit Plato de ma-
gnis ingeniis: Hic, inquit, aut magnum dabit bonum,
p.27. aut quod eſt ei contrarium. Atque talia quidem, ut de
multis pauca referam, Philoſopho ſigna divinitus conti-
gerunt, cum primum Athenas veniſſet.

XII.

Syrianus autem illum deducit ad magnum Plutar-
chum, Neſtorii filium, qui cum vidiſſet adoleſcentem
nondum annos viginti natum, audiviſſetque illius amo-
rem ac deſiderium philoſophicae vitae, magnopere illi
placuit, ſic ut eum continuo ſtudii philoſophici partici-
pem fecerit, quamvis aetate pene prohiberetur: erat
enim iam valde ſenex. Praelegit igitur huic Ariſtotelis
p.28. quidem de anima commentarium, Platonis autem Phae-
donem. Hortatusque eſt eum Magnus, ut ea conſcri-
beret, quae dicerentur, uſus adoleſcentis ambitione,
tanquam inſtrumento, cum diceret, ſiquidem ea ſcho-
lia abſolviſſet, futurum, ut etiam Procli commentaria
in Phaedonem ferrentur. Et cum adoleſcentem alias
plurimum amaret, quod eius ad optima quaeque ſtu-
dium cognoviſſet, tum etiam filium vocitabat, ac do-
meſticum habuit. Ut autem perquam temperantem
vidit ab animalibus, hortatus eſt, ne ab iis in univer-
ſum abſtineret, quo etiam corpus functiones naturales
p.29. obire poſſet. Idem quoque Syriano de ratione victus
adoleſcentis commendabat. At ille ſeni reſpondet, ut
nobis retulit divinum illud caput (ſcilicet Proclus): Sine
illum diſcere, quae volo, cum ea frugalitate, ac tum,
ſi voluerit, moriatur. Tantam habuerunt eius, in om-
nibus rebus, magiſtri curam. Senex autem circiter
biennium poſt illius adventum vixit, et moriens adole-
ſcentem ſuo ſucceſſori Syriano commendavit, quemad-
modum et Archiadam, nepotem ſuum; ille vero cum
eum ſuſcepiſſet, non tantum in literis multum iuvit,

ſed etiam domeſticum, quod ad caetera, et vitae philoſophicae ſocium ſibi aſcivit, cum eum talem invenifſet, qualem iam diu quaeſiſſet auditorem et ſucceſſorem, et qui plurimis literis, humanis divinisque, perci- p.30. piendis aptus eſſet.

XIII.

Itaque breviore quam biennii ſpatio omnia Ariſtotelis opera una cum eo perlegebat, Logica, Ethica, Politica, Phyſica, itemque ſcientiam theologicam. In his vero ſatis inſtitutum, ut quibusdam tirociniis parvisque myſteriis, ad ipſam Platonis deduxit ſacram diſciplinam, et ordine id quidem, neque, quod aiunt, tranſcendenti pede. Utque ſpectaret apud eum vera p.31. myſteria, curavit, animi non caliginoſis oculis, et mentis integra et ab omni labe puriſſima ſpeculatione. Atque ille quidem die noctuque vigiliis, exercitationi ac ſtudio incumbens, cum ea quae dicerentur compendioſe, adhibito ſuo iudicio, conſcriberet, tantum exiguo tempore profecit, ut annum agens vigeſimum octavum cum alia multa conſcripſerit, tum illa in Timaeum vere concinna et eruditionis plena commentaria. Ex eiusmodi vero inſtitutione mores quoque magis ornabantur, cum, ut ſcientia, ſic etiam virtutibus proficeret.

XIV.

Civiles etiam virtutes aſſequebatur ex Ariſtotelis p.32. libris politicis, et Platonis de legibus et de rep. Sed ne in his contemplando tantum verſari, nihil autem videretur operis aggredi, poſtquam ipſe remp. tractare impediebatur, quod in maioribus occupatus eſſet, adhortabatur ad eam virum religioſum Archiadam, ſimul inſtituens, et exponens illi politicas virtutes ac rationes. Et quemadmodum qui currentes incitant, ſic eum hortatus eſt, ut in ſua civitate univerſae reip. in commune praeeſſet, et in ſingulos privatim beneficia conferret, ſecundum omnes virtutes, praecipue vero iuſti-

tiam. Et re ipſa ſui aemulationem in eo excitabat,
p.33. cum ſuam illi liberalitatem circa divitias et magnificentiam declararet largiendo iam amicis, iam propinquis, et hoſpitibus, et civibus, et cum ſe nunquam ab avaritia vinci oſtenderet, et ad opera publica non pauca conferret. Moriens autem haeredes Archiadae ſubſtituebat civitates, ſuam patriam et Athenas. Archiadas vero tantus amator veri cum ex domeſtica ſuorum conſuetudine, tum ex huius amicitia extitit, ut noſtri homines, ſi quando velint illius mentionem facere, non aliter quam religioſum Archiadam celebranti voce nominent.

XV.

Ipſe quoque Philoſophus conſultationes civiles agi-
p.34. tabat, cum publicis conventibus, ubi de republica ageretur, intereſſet, ſententiasque dicebat prudentiſſimas, et cum principibus de iure conferebat, eosque non hortabatur modo, ſed quodam modo ea auctoritate philoſophica compellabat, ut ſuum cuique tribuerent. Habebat etiam publice quandam de moribus Principum curam, utque ſobrie imperarent, non tantum oratione, verum et exemplo ſuo per omnem vitam docebat, cum ipſe velut exemplar temperantiae caeteris eſſet. Civilis autem fortitudinis ſpecimen prorſus Herculeum edidit. Nam cum eſſet in ipſum quaſi pelagus et maximas ne-
p.35. gotiorum tempeſtates delatus, ſpirantibus ex adverſo integerrimae vitae ventis furentibus, graviter hic vir et conſtanter, quantumvis periclitatus, vitam ſuam traduxit. Et cum eſſet aliquando violentorum hominum pernicioſa ſibi et pericuIoſa improbitate multum exercitatus, Athenis relictis, ne fato adverſaretur, iter inſtituebat in Aſiam, idque non ſine magno ſuo bono: ut enim eius quoque loci antiquiorum rituum, quos adhuc retinuiſſent, non imperitus eſſet, hanc illi Deus profectionis praebuit occaſionem. Nam et ipſe, quae apud eos eſſent, diligenter cognoſcebat, et illi, ſi quid longi

temporis intervallo neglexiſſent, docebantur, Philoſo- pho nimirum, quae ad Deos pertinerent, accuratius p.36. referente. Cumque haec omnia faceret et ſecundum ea viveret, tamen usque adeo latebat, quantum ne Pythagorei quidem, qui praeceptum hoc auctoris ſui, *Λάθε βιώσας*, inconcuſſum ſervant. Annum vero tantum verſatus in Lydiae partibus, rediit Athenas providentia Deae philoſophiae praeſidis. Sic autem in eo fortitudo quoque, natura primum, tum conſuetudine, poſtea doctrina, quae rerum cauſas explicat, perficiebatur. Item alio modo re ipſa, quem haberet uſum in admini- ſtranda republica, declarabat, dum proceribus literas ſcriberet, atque ita civitates univerſas afficeret beneficio. p.37. Huius mihi teſtes ſunt illi, in quos ea collata fuerunt, tum Athenienſes, tum Argivi, tum alii aliarum gentium.

XVI.

Quin et ſtudia literarum hac ratione plurimum promovebat, eorum qui literas tractabant curam ſuscipiens, principesque poſcens ſtipendia, et ut cuique pro dignitate praemia decernerentur. Atque haec quidem non temere nec ad gratiam faciebat, ſed eos ipſos, quod erat ſibi magnopere curae, cogebat, ut in ſua quisque profeſſione diligentiſſime verſaretur, ipſe ſingula eorum perquirens et expendens. Erat enim omnium ſatis inſtructus iudex. Quod ſi quem negligentius ſuum ſtudium tractare comperiſſet, acerrime reprehendebat: ſic, ut etiam vehementiſſimus videretur, et ambitioſiſſimus, p.38. eo quod vellet ſimul et poſſet omnia recte diiudicare. Et erat ſane gloriae cupidus. Verum non erat id in eo, ut in pleriſque, vitium, propterea quod ad bona tantum reſpiciebat atque virtutem. Ac fortaſſe ne fieret quidem in hominibus quidquam praeclarum absque hac animi concitatione. Sed et erat vehemens: ne id quidem negabo. Verum tamen erat ſimul etiam lenis, nam facillime placabatur, et vel momento ſuam

p.39. iram demonstrabat esse ceream. Eodem enim fere tem-
pore et in reprehendendo, ut ita dicam, totus effereba-
tur, et ut illis ipsis benefaceret, eorumque nomine in-
tercederet apud principes, animi quadam naturali con-
iunctione commovebatur et quasi societate doloris.

XVII.

Opportune quidem et hoc illius naturalis coniun-
ctionis animi cum aliis peculiare exemplum in mentem
mihi venit. Neque enim arbitror de quoquam homi-
num tale fuisse relatum. Nam cum esset inexpertus
coniugii et liberorum (propterea quod nec desideraret,
cum enim offerrentur complures nobilissimae et ditissi-
mae, quas ducere potuisset, tamen ab his omnibus, ut
dicebam, liber) tanta cura in familiares et omnes ami-
cos eorumque uxores et liberos extitit, ac si communis
p.40. aliquis pater, illisque causa nascendi fuisset. Singula-
rem enim cuiusque etiam vitae curam gerebat. Nam si
quando necessariorum aliquis morbo detentus esset, pri-
mum quidem Deos enixe pro eo supplicabat, cum sacri-
ficiis, tum etiam hymnis, deinde aegrotanti promptus
aderat, convocabat medicos, urgebat, ut, si quid ab arte
profici posset, quam citissime experirentur, ipse non-
nunquam inter medicos singulare quippiam proferebat,
et ita iam quidem multos ex magnis liberavit periculis.
Quanta vero fuerit illius etiam erga servos, quibus pluri-
mum usus erat, humanitas, qui vult, ex testamento
beati viri potest intelligere. Ex omnibus familiaribus
inprimis amabat Archiadam eiusque cognatos, eo vero
p.41. potissimum nomine, quod genus duceret a Plutarcho
Philosopho, deinde propter Pythagoricam amicitiam,
quam cum Archiada constituerat, quum illius et studio-
rum socius et praeceptor esset. Quod alterum genus
amicitiae ex duobus his, quae superius paucis attigimus,
firmissimum inter illos praestantissimumque fuisse vide-
tur. Nihil enim volebat Archiadas, quod non vellet
etiam Proclus, nec vicissim hic, quod non Archiadas.

XVIII.

Sed iam virtutis politicae generibus, quae sunt veris inferiora, imposito suo fine, inque amicitia terminatis, ad purificantes virtutes transeamus, diversas a politicis. Quamvis illae quoque in eo versentur, ut animum quodammodo purgent, et, quoad eius fieri potest, efficiant, ut quasi solutus ac liber prospiciat humanis rebus, habeatque cum Deo similitudinem quandam, qui finis est optimus animi. Atqui non eodem modo omnes separant, verum aliae magis, aliae minus. Quandoquidem et politicae sunt quaedam purgationes, quae suos possessores, etiam dum hic manent, exornant, melioresque efficiunt, regentes ac moderantes et iram, et cupiditatem, et omnes denique affectus, et falsas opiniones tollentes e medio: illae vero, quae sunt his superiores, purificantes, in universum separant ab hac corporis massa vere plumbea et ab huius mundi rebus efficiunt facilem discessum. Quibus etiam ipsis hic Philosophus studuit per omnem vitam, qua est in Philosophia versatus, cum et oratione doceret, qualesnam essent, quoque modo pararentur homini, et suam ipse maxime vitam ad eas institueret, et ea subinde faceret, quibus animus separatur, noctu et interdiu deprecationibus ac lustrationibus, et aliis usus purificationibus, tum ab Orpheo, tum a Chaldaeis institutis, et impigre unoquoque mense ad mare descenderet, eodem nonnunquam etiam bis aut ter. His autem exercebatur non tantum in vigore aetatis, sed etiam sub occasum vitae, eamque perpetuo consuetudinem, tamquam statuta quaedam, observabat.

p.42. p.43. p.44.

XIX.

Cibi vero potusque necessariis voluptatibus utebatur, tantum ut morbos evitaret, neque ab iis infestaretur; erat enim in his multo frugalissimus: inprimis ab animalibus abstinentiam amabat. Quod si quando tempus accidisset, quo vehementius, ut ea comederet, invi-

p.45. taretur, tantum deguſtabat, et parce atque delibantis
more. Sacris autem in honorem matris Deum a Ro-
manis, vel etiam prius a Phrygibus celebratis ſe purifi-
cabat ſingulis menſibus, Aegyptiorum nefaſtos dies
diligentius obſervabat, quam illi ipſi, ac inſuper certis
diebus peculiariter ieiuniis vacabat propter aliquas appa-
ritiones. Menſis quoque ultimo die ieiunium ne pridie
quidem caenatus inſtituebat. Novilunia vero quam
ſplendide quamque ſancte celebraverit, et omnium fere
p.46. gentium inſigniora feſta ſecundum cuiusque patriae mo-
rem ſacrificiis rite peregerit, et ex his non, ut plerique,
otii ceperit occaſionem, aut intemperantiae, ſed pre-
cum aſſiduarum et hymnorum atque ſimilium, decla-
rant ipſius hymni, qui non tantum eorum, quos Graeci
venerantur, laudes continent, ſed etiam Marnam Ga-
p.47. zaeum celebrant, et Aeſculapium Leontuchum Aſcalo-
nitem, et Theandritem alium, quem Deum Arabes
magna veneratione proſequuntur, et Iſidem, quae colitur
Philis, ac denique alios omnes. Etenim hoc erat illi
valde familiare, ut ſemper diceret religioſiſſimus ille vir,
decere Philoſophum, non unius cuiusdam civitatis, ne-
que certarum tantum gentium inſtitutorum ac rituum
curam gerere, ſed eſſe in univerſum totius mundi ſacro-
p.48. rum antiſtitem. Sic itaque purus et ſanctus erat, quan-
tum ad temperantiam attinet.

XX.

Dolores autem declinabat. Quod ſi quando accidiſ-
ſent, leniter perferebat, eoque minuebat eos, quod non
id etiam, quod eſſet in ſe optimum, ſimul doloribus affi-
ceretur. Animi fortitudinem in his poſtremus morbus
p.49. ſatis oſtendit. Cum enim eo premeretur, torquereturque
graviſſimis cruciatibus, depellere tantos dolores conaba-
tur. Quamobrem ſaepe iubebat nos hymnos dicere, qui
cum dicebantur, omnino remiſſio doloris erat et ſedatio:
quodque magis mirum eſt, meminerat eorum quae au-
diebat, quamvis oblitus omnium pene rerum humana-

rum, resolutione corporis ingravescente. Nos enim cum dicere coepissemus, ille supplebat hymnos, et Orphei carmina complura, nam haec erant, quae praesentes recitabamus. Nec vero tantum in malis corporis perferendis tam constans erat, sed adhuc multo magis in his, quae extrinsecus infortunia contingebant, quaeque videbantur praeter expectationem evenire: ut etiam de singulis, quae accidissent, ea diceret, Haec talia sunt, p.50.
Consueta sunt. Quae mihi videtur, aut tum potius videbatur memorabilis esse sententia, et huius Philosophi animi magnitudinis evidens argumentum. Iram, quantum posset, prohibebat, ut vel omnino non concitaretur, vel ratio saltem non consentiret, sed praeter voluntatem altera animae rationis expers facultas, modice tamen et leviter, commoveretur. Quod ad venerem attinet, ea secundum naturam utebatur, sed ita nimirum, ut non ultra phantasiam procederet, eamque levissimam.

XXI.

Ita ex omnibus partibus se ipsum colligens et ad p.51.
sese recipiens anima beati viri, a corpore quodammodo discedebat, dum adhuc eo contineri videretur. In ea fuit enim prudentia, non ut civilis, quae versatur in iis bene administrandis, quae vel hoc, vel alio modo se habere possunt, sed ipsa per se sincera, in contemplando scilicet, seque in se ipsam convertendo, nec uspiam consentiendo corpori. Fuit in eo temperantia, quod mala non attingeret, et ne mediocriter quidem afficeretur, imo prorsus ab omnibus affectibus liber esset. Fuit denique fortitudo, quod non metuerit suum a corpore discessum. Ratio vero et mens cum in eo principatum obtinerent, facultates autem inferiores se non amplius opponerent iustitiae purificanti, vita illius omnis ornabatur.

XXII.

p.52. Hoc quoque virtutum genere abſoluto feliciter et
ſuperato, veluti per gradum ſummum myſticumque
progreſſus faciens ad virtutes maximas et conſummatiſſi-
mas aſcendit, duce uſus felicitate naturae et inſtitutio-
ne ad ſcientiam comparata. Iam itaque purgatus defae-
catusque et nativitatis ſuae victor, ſusque deque habitis
vanis ſapientiae thyrſigeris ac iactatoribus, ipſe adyta
eius feliciter penetravit, et contemplator factus eſt vere
beatorum quae illic ſunt ſpectaculorum. Non amplius
prolixis diſſertationibus aut demonſtrationibus indigens
p.53. ad colligendam ſibi illarum rerum ſcientiam, ſed ſim-
plici contemplatione fruens mentisque actu ſpectans ex-
emplar mentis divinae, aſſecutus virtutem, quam nemo
proprie ſatis prudentiam dixerit, rectius ſapientiam, aut
ſi quod eſt nomen aliud magis venerabile. Ad cuius
praeſcriptum opere ac re ipſa Philoſophus omnem qui-
dem Theologiam Graecorum Barbarorumque, et quae
fabularum commentis adumbrata eſt, facile perſpexit,
et in uſum eorum, qui volunt et poſſunt aſſequi, in cla-
riſſima luce poſuit. Singula vero divinius interpretatus,
oſtendensque inter illa conſenſum, omnibus antiquiorum
ſcriptis perveſtigatis, quicquid in illis genuini ſaporis ge-
p.54. neralique conſenſu comprobatum offendit, non ſine iudi-
cio adſcivit; ſi quid ventoſum et vanum reperiſſet, ea
omnino reiecit, utpote vitioſa. Quaeque recte poſitis
adverſa fronte occurrerent, haec diligenti inſtituto exa-
mine fortiter convellit, et in conventibus egregie ſimul
et perſpicue quaeque tractans, et in libris cuncta deſcri-
bens. Vir enim ad miraculum laborioſus uno ſaepe die
quinas, interdum etiam plures lectiones abſolvit, ſcripſit
etiam plurima, ad ſeptingentorum ſaepe verſuum multi-
tudinem. Ad alios praeterea Philoſophos convenit, eo-
rumque conſuetudine uſus eſt, et iterum veſpertinos
coetus cum illis celebravit, ceſſans a labore ſcri-
bendi, et haec quidem univerſa executus eſt ita, ut

nec Deos de nocte quoque colere ceſſaret exſomnis, p.55.
ſoliqüe orienti, culminanti et occidenti aſſidue ſupplicaret.

XXIII.

Plurium placitorum ipſe primus auctor extitit, quae ante illum nemini in mentem venerant, tam in rebus naturalibus quam intelligibilibus ac divinioribus. Primus ille docuit, eſſe genus quoddam animarum pollentium facultate plures ſimul ſpecies contemplandi, quod medium nempe poſuit non ſine veriſimilitudine inter mentem confertim atque uno veluti intutu omnia intelligentem, et animas verſus unicam ſpeciem tantum aciem dirigere valentes. Quod ſi quem iuvat ſcripta illius percurrere, longe plura dogmata illi peculiaria offendere licebit, quae ego quidem iam recenſere prae- p.56.
termiſi, ne ſingula perſecutus nimis in longum producerem orationem. Qui vero illa quae dixi ſcripta evolvet, facile ſentiet, etiam ea, quae ſuperius de eo narravimus, veriſſima eſſe omnia, multo magis vero, ſi quis ipſum novit ac de facie vidit, audivitque interpretantem et vacantem praeſtantiſſimis diſſertationibus, Platonicaque et Socratica dogmata annuis ſcholis perſequentem. Neque divinae inſpirationis expers fuiſſe videtur, ſapientiſſimo enim ex ore verba protulit ſimillima candidiſſimae ac confertiſſimae nivi, ita ut ſplendore oculi fulgere viderentur, et reliquus eius vultus divina luce reſplenderet. Hinc cum ei docenti aliquando et interpretanti ſuperveniſſet vir magni in rep. nominis Rufinus, veritatis p.57.
ſtudioſus et alioqui dignus veneratione, caput Procli lumine circumfundi ſenſit, cumque Philoſophus finem interpretationi impoſuiſſet, Rufinus aſſurgens eum adoravit, divinaeque quam obſervaverat viſionis teſtimonium iuratum ipſi perhibuit. Ab eodem Rufino plurimum auri ei tunc oblatum eſt, cum finito belli

periculo ex Asia reversus fuisset. Verum Proclus hoc quoque munus sprevit, neque ulla ratione voluit recipere.

XXIV.

Sed ut ad ea quae nobis initio proposuimus revertamur, postquam de contemplatoria Philosophi sapientia, etsi parum pro dignitate, disseruimus, consequens est,
p.58. ut iam quoque dicamus de iustitia, quae ad hoc virtutum genus pertinet. Neque enim haec similiter, uti illae, de quibus antea diximus, in distributione aut proportione versatur: removeri etiam aeque debet genus iustitiae erga se ipsam agentis, quo ad rationalem animam duntaxat omnia diriguntur. Solum enim illi, de qua iam agimus, proprium est ad mentem et Deum actiones singulas unice referre. Quod eximia prorsus ratione Philosophus fecisse intelligitur. Etenim vix a diurnis laboribus requiescens somnoque corpus reficiens, ac forte ne tum quidem vacavit a meditando et contemplando. Certe somno quam maturrime veluti quodam animae torpore excusso, cum nondum ipsum vocaret precationum tempus, quod non magna pars noctis elapsa erat,
p.59. solus atque in lecto recumbens vel hymnos composuit, vel dogmata examinavit et rimatus est, quae surgens interdiu tradidit literis.

XXV.

Simili ratione temperantiam quoque hisce virtutibus affinem est consectatus, quae consistit in animae ad mentem conversione, aliis autem rebus quibuscunque nec tangi se nec moveri patitur. Denique perfecta quadam ratione adiunxit sociam fortitudinem, summa ope adspirans ad illam libertatem, quae ignorat omnes passiones, quamque observavit natura inesse ei quam contemplabatur menti divinae: atque adeo per omnia non

hominis quantumvis probi vitam degit, ad quam, ut
ait Plotinus, etiam virtutes politicae deducere poſſunt,
verum hac longe poſt ſe relicta, eam cum alia quadam p.60.
illaque longe perfectiore Deorum immortalium permu-
tare aggreſſus eſt: his enim, non hominibus virtute
praeditis, ſimilis evadere geſtiebat.

XXVI.

Iſtas porro virtutes iam ſibi familiares reddidit,
cum etiamnum frequentaret Philoſophum Syrianum,
commentariosque veterum evolveret atque perſequere-
tur. Orphicae vero et Chaldaicae theologiae exigua
quaedam elementa ac veluti ſemina bibit ex ore prae-
ceptoris, quia ipſi integrum haud fuit Orphei car-
mina magiſtrum interpretantem auſcultare. Syrianus
enim Proclo et Domnino, qui Syrus natione Philoſo-
phus ac Syriani itidem poſtea ſucceſſor fuit, alterutra p.61.
ſe horum, vel Orphica vel oracula, expoſiturum,
optione illis relicta, receperat. At enim hi duo minime
inter ſe in eligendo conſpirarunt: Domninus enim Or-
phei carmina ſibi, Proclus oracula exponi malebat,
quod tamen ipſum perfectum minime eſt, quia non diu
poſtea in vivis ſupereſſe deſiit magnus ille Syrianus.
Itaque primis, ut diximus, adminiculis ex praeceptoris
ore hauſtis, ad ſcriptos eiusdem in Orpheum commen-
tarios ſumma cum cura incubuit, Porphyriique ac
Iamblichi copioſis in oracula et ſimilia ſcripta Chal-
daeorum lucubrationibus, tum ipſis oraculis aſſidue in-
nutritus, quantum homini licet, profecit ad faſtigium p.62.
ſummarum virtutum, quas divinus ille Iamblichus
praeclare prorſus ac divine theurgicas ſolebat appellare.
Expoſitionibus itaque Philoſophorum, qui aetate eum
praeceſſerant, colligendis non ſine exquiſito iudicio inſu-
davit, tum alia doctrinae Chaldaicae capita et ſenten-
tias, ac praeſtantiſſimos quosque in divina oracula com-

mentarios in unum contraxit, quinquennio integro id
opus abſolvens, de quo hoc etiam divinum ſomnium
ſomniavit. Viſus ipſi eſt per quietem adeſſe magnus
Plutarchus, affirmans, eum tot annos victurum, quot in
p.63. oracula tetrades ſive quaterniones compoſuiſſet. Horum
ille poſtea numero inito, ſeptuaginta eſſe deprehendit.
Quod vero divinum fuerit hocce ſomnium, facile oſten-
dit, in extremo vitae ipſius, rei eventus. Quinque
enim et ſeptuaginta annos vivendo attigit, ut ſupra
etiam diximus, quinque vero poſtremis non amplius
viribus integris uſus eſt. Duriore ſiquidem illo ac vix
tolerabili diaetae genere crebriſque lavationibus et tot
inediis debilitatum corpus, optime alioqui a natura affe-
ctum, poſt ſeptuageſimum aetatis annum exactum lan-
guere coepit, ut in omnibus expediendis longe eſſet
quam ante remiſſior. Orationi tamen et componendis
hymnis neque ita comparatus vacare deſtitit; ſcripſit
itidem nonnulla et cum amicis verſatus eſt, ſed in ſin-
p.64. gulis priſtinas vires deſideravit. Hinc ſomnii memor
miratus eſt, et ſeptuaginta duntaxat annos vixiſſe ſe
paſſim dixit. Tam infirmo autem corpore cum utere-
tur, alacriorem illum maxime ad interpretanda ſcripta
reddidit Hegias quidam iuvenis, qui a teneris iam egre-
gia avitarum omnis generis virtutum ſigna prae ſe fere-
bat, et ſane unus erat aureae illius a Solone catenae.
Hic Proclo Platonicam aliasque theologias tradenti ad-
haeſit diligentiſſime: Proclus vero aetate iam provectus
p.65. ſcriptis ſuis cum adoleſcente communicatis non medio-
criter laetatus eſt, poſtquam intellexit, eum in quovis
genere doctrinae cubitales profectus facere. Atque haec
de apparatu Philoſophi in Chaldaica oracula breviter ac
ſtrictim dicta ſunto.

XXVII.

At ego, lectis quodam tempore apud ipſum verſi-
bus Orphei, auditisque inter eius commentationes non
modo iis, quae apud Iamblichum ac Syrianum occur-
runt, ſed pluribus etiam aliis reconditam theologiam
ſapientibus, Philoſophum rogavi, ut nec haec divina
carmina inexplanata relinqueret. Tuli vero reſponſum,
eundem ſaepius de ſcribendis in Orphica commentariis p.66.
cogitantem graviter prohibitum fuiſſe non uno ſomnio.
Viſus nempe illi adeſſe Syrianus, qui minis adhibitis a
propoſito eum deterreret. Aliis igitur machinis illum
aggreſſus oravi, ut ſaltim quae in magiſtri libris praeci-
pue ei probarentur, adnotaret. Quod cum perſuaſus a
me feciſſet doctor optimus et in fronte ſingulorum (Sy-
riani) commentariorum nonnulla annotaſſet, hinc nata
eſt nobis horum omnium collectio, atque adeo in Or-
pheum ſcholia et commentaria non parvae molis, quam-
quam in univerſam illam divinam Poeſin atque integras
Rhapſodias Orphicas idem praeſtare Proclo non fuit
integrum.

XXVIII.

Quandoquidem vero, ceu dictum eſt, incredibile p.67.
harum rerum ſtudium maiorem illi perſectioremque
virtutis theurgicae gradum conciliaverat, hinc non
amplius in contemplatoria ſubſtitit, neque alterutro
genere duplicium in divinis proprietatum contentus,
mentem duntaxat et cogitationem in praeſtantiora exe-
ruit, ſed et alterum genus iam curavit diviniore qui-
dem illa nec civili amplius, de qua ſupra actum fuit,
ratione. Chaldaeorum enim coetibus ac colloquiis, di-
vinisque et ſermone melioribus circumrotationibus uſus
eſt, quibus perceptis ſignificationes illorum ac reliquum p.68.
uſum perdidicit ex Aſclepigenia, Plutarchi filia. Illa
enim ſola tum ſervabat a Neſtorio usque per patrem tra-

ditam ſibi magnorum Orgiorum univerſaeque diſciplinae theurgicae notitiam. Antea quoque Philoſophus Chaldaicis luſtrationibus rite atque ordine purgatus lucidis Hecates phaſmatis ipſe epoptes interfuit, cuius rei in commentario quodam ſuo ipſe alicubi facit mentionem. Sed et iynge quadam ſive ſphaerula Hecatica opportune motitata imbres deduxit, et Atticam infau-
p.69. ſto aeſtu liberavit. Terrae quoque motus poſitis faſcinis inhibuit, et tripodis fatidicae exprimentum virtutis cepit, et de ſua ipſiusmet ſorte verſus fudit. Annum agens quadrageſimum hos ſibi verſiculos dicere per quietem viſus fuit:

Immortalis ibi eſt, qualis ſuper aethera, ſplendor,
De fonte exiliens divini luminis igneo.

Secundum autem a quadrageſimo annum auſpicatus, hosce viſus ſibi eſt verſus alta voce pronunciare:

p.70. *Ecce anima flammas divini exaeſtuat ignis,*
Ac mentem pandens ad lucida ſidera fertur
Ignea et ipſa, tenere fremens coeleſtia Tempe.

Praeterea ad catenam Mercurialem pertinere ſe viſo perſpicuo intellexit: et Nicomachi Pythagorei animam ipſi contigiſſe, ſomnium aliquando fecit fidem.

XXIX.

p.71. Quod ſi mihi prolixo eſſe placeret, plurimas beatiſſimi illius viri operationes theurgicas referre poſſem, ex quarum infinito numero unam duntaxat hoc loco memorabo, ſane miram auditu. Aſclepigenia, Archiadis et Plutarchae filia, Theagenis vero, cui nos plura beneficia in acceptis referimus, uxor, cum etiamnum puella eſſet atque in parentum familia aleretur, in morbum graviſſimum et a medicis incurabilem incidit. Archiades, qui in hac ſola ſpem generis ſui habebat repoſitam, aegerrimo animo ferre, lugere, ut par erat. Medicis vero deſperantibus, quod in rebus maximi mo-

menti facere consueverat, ad supremam ancoram confugere, hoc est, Proclum Philosophum velut optimum p.72. servatorem adire eique assidue instare, ut pro filia sine cunctatione precibus suis apud Deum intercederet. Hic itaque, assumto secum Pericle Lydio, viro non minus dignissimo Philosophi nomine, Aesculapii templum petiit pro aegrotae salute ibi Deum oraturus. Hoc enim numine tunc temporis civitas feliciter fruebatur, et Dei Servatoris templo adhuc integro minimeque vastato gaudebat. Simulac igitur Proclus antiquo ritu p.73. oraret, magnam puella mutationem morbique sui levamentum extemplo sensit, nullo quippe negotio illam Aesculapius sanitati restituit utpote Deus. Sacris finitis, ad Asclepigeniam Proclus convenit, morbique malis, quae eam ante vexaverant, liberatam ac sanitate iam utentem deprehendit. Caeterum universum hoc negotium a Proclo peractum est clam plerisque aliis, atque ita ut perscrutari conantibus nullum rei indicium praeberet. Ad quod ipsum aedibus, quas inhabitabat, ma- p.74. xime commodis utebatur. Nam praeter alias fortunas domus quoque illi fuit aptissima, quam pater eius sive praeceptor Syrianus, et avus (ita enim ipse vocare eum non dubitabat) Plutarchus quondam inhabitaverat, vicinam Aesculapii fano, a Sophocle celebratissimo, et aedi Liberi, quae est prope theatrum, prospicientemque versus arcem summam Minervae aut saltim ab illa p.75. conspiciendam.

XXX.

Quantum vero ab ipsa praeside sapientiae Dea Minerva adamatus fuerit Proclus, abunde docet genus vitae philosophicum, quod ipsa suadente delegit, idque tanto cum successu, ut hactenus ostendimus. Sed et ipsa hoc manifesto demonstravit, cum imago eius in Parthenone sive templo eo usque dedicata ab iis, qui

ſanctiſſima quaevis atque immota loco movere non du-
p.76. bitant, tolleretur. Viſa enim Philoſopho per ſomnium adeſſe mulier honeſta forma, quae moneret aedes quam citiſſime inſtruere, *Dominae ſiquidem Minervae*, inquit, *apud te commorari placet*. Quam porro gratus ac familiaris Aeſculapio fuerit, praeter ea, quae paulo ante narravimus, nobis perſuaſit, quod in ſupremo morbo ſuo eiusdem Dei ſenſit praeſentiam. Medius enim inter ſomnum ac vigilias conſtitutus vidit draconem capiti ſuo obrepentem, ex quo morbus ipſi remiſſionis initium fecit, atque ita ex hac viſione allatum eſt quoddam aegritudini illius lenimentum, adeo ut ſanitati integrae reſtitutum fuiſſe credibile ſit, niſi deſiderium, quo ducebatur, atque exſpectatio ingens mortis hoc prohibuiſſet, vel ipſe corpus ſuum diligentius curare non ſusque deque habuiſſet.

XXXI.

p.77. Sed et haec quoque digna quae memorentur retulit, non quidem ſine lacrymis prae condolentia. Veritus enim fuerat aucta aetate, ne arthritis patri infeſta, qui morbus frequenter amat ſoletque in liberos a parentibus derivari, ſibi quoque moleſtiam crearet. Neque hoc, ut videtur, citra cauſam extimuit. Iam enim antea, id quod prius narrandum a nobis erat, doloribus eiusmodi uſtulatus eſt, cum aliud quoddam mirum ipſi accidit. Ex praeſcripto cuiusdam, quem conſuluerat, pedi laboranti impoſuit emplaſtrum, quod, dum in lecto
p.78. iacet, avis inopina advolans eripuit. Fuit certe hoc omen Proclo divinum ac vere ſalutiferum, quod etiam in futurum illi, ut bono animo eſſet, ſuadere poterat. Verum hic, ut iam dixi, nihilo ſecius timore morbi angebatur. Supplicavit igitur Deo hoc nomine, oravitque eum, ut evidentius ab illo doceretur: quo facto cum obdormiſſet, vidit (audax quidem eſt tale aliquid vel

mente concipere, audendum tamen neque extimeſcen-
dum, quo veritas in lucem proferatur) Epidaurium ad
ſe accedentem, accuratiusque contemplantem ipſius
crura, nec prae humaniſſimo amore dedignantem genua p.79.
oſculo contingere. Quo viſo Proclus per omnem vitam
deinde bono animo fuit et ad extremam ſenectutem
nullis amplius eiusmodi doloribus vexatus eſt.

XXXII.

Deus inſuper, qui ab Adrottenis colitur, non mi-
nus perſpicue demonſtravit, quam familiariter coleretur
ab illo viro Diis cariſſimo: ipſi enim templum fre-
quentanti non ſemel benevole ſe videndum praebuit.
Cumque dubius haereret et ſcire vellet, quis Deus vel
quinam iſto in loco degerent colerenturque Dii, quia
non eadem ſententia incolarum ea de re obtinet, aliis
opinantibus, Aeſculapii ibi templum eſſe, ac de hoc per
varia ſigna perſuaſis: nam certe et voces in illo loco
exaudiri dicuntur et menſa Deo conſecrata eſt, et ora- p.80.
cula de ſanitate recuperanda redduntur paſſim, et ex
graviſſimis vitae periculis miraculo liberantur acceden-
tes: aliis contra exiſtimantibus, Dioscuros illo in loco
verſari, quia fuerant, qui in via quae Adrotta verſus
tendit binos iuvenes videre ſibi viſi erant forma pul-
cherrimos et in equis celerrime vectos, dicentes ſe ad
templum properare; hos ora quidem ſive vultus refer-
re hominum, ſtatim autem fidem factam eſſe, quod
divinior praeſentia fuerit; cum enim ad templum iam
homines acceſſiſſent, iisdem nihil tale ſciſcitantibus et
circa ſacra occupatis iuvenes iam memoratos apparuiſſe,
ſed mox iterum viſui eorundem ſe ſubtraxiſſe: circa
haec itaque cum dubius, ut dictum eſt, haereret Philoſo- p.81.
phus, neque narratis fidem negaret, rogaſſetque Deos
ipſius loci indigetes, ut ſe ipſos, quinam eſſent, maniſe-
ſtare dignarentur, viſus ei eſt per ſomnium Deus adeſſe

ac perſpicue haec ad ipſum profari: *Quid vero? Non-*
p.82. *ne inaudiiſti de Iamblicho docente, qui duo iſti eſſent,*
Machaonemque ac Podalirium celebrante? Tanta in-
ſuper beatum noſtrum benevolentia dignatus eſt Deus,
ut, veluti qui in theatris laudes aliorum decantant, ſic
et ipſe ſe ſtiterit, voceque clara et habitu compoſito,
protenſa dextra (quidni vero ipſa verba numinis referre
iuvat?) exclamare non dubitaverit: *Proclus decus ci-*
vitatis. Quodnam vero poteſt eſſe aliud maius teſti-
p.83. monium de beatiſſimi huius viri amicitia cum Deo?
At ille quidem propter inſignem ſympathiam, qua Diis
coniungebatur, nunquam lacrymas potuit continere,
cum huius apud nos rei mentionem fecit, divinumque
de ſe encomium commemoravit.

XXXIII.

Quod ſi velim ſingula ſimiliter proſequi et referre
de familiaritate eiusdem cum Pane Mercurii F., de fre-
quentibus benevolentiae documentis ac multiplici ope,
quam numen iſtud Proclo Athenis ferre dignatum eſt,
praeterea de felicitatis genere prorſus ſingulari, quod a
matre Deum ipſi obtigit, et in quo potiſſimum trium-
p.84. phare ac gaudere ſolebat, forte lectoribus multa temere
dicere, aliis incredibilia proferre videbor. Multa enim
et magna fuerunt quotidie Deae in ipſum bene facta et
dicta, quae cum innumera ſint et inaudita, nec ipſe
accurata memoria in praeſenti teneo. Quod ſi quis
deſiderat etiam in his qualis fuerit cognoſcere, eius li-
brum de matre Deum evolvat oportet, ex quo intelliget,
Philoſophum non absque divina ope omnem Deae illius
theologiam in lucem protraxiſſe, et praeterea, quaecun-
que cum de eadem tum de Atti in fabulis aguntur di-
cunturve, philoſophico more explicaſſe, ut ceſſent de-
p.85. nique poſthac aures turbari perceptis lamentationibus
caeterisque quibus illa perſonant plenis myſterii.

XXXIV.

Poſtquam igitur virtutem Procli etiam theurgicam eiusque actiones ac quae feliciter illi circa eandem evenerunt percurrimus, oſtendimusque, eum quovis genere virtutum non minorem extitiſſe, qualem certe virum per longiſſima tempora non conſpexere mortales, ſupereſt, ut finem orationi de illo noſtrae imponamus. Fuit enim iam tum nobis non principium ſermonis duntaxat, neque, quod eſt in proverbio, totius dimidium, ſed ipſe totus integer. A Philoſophi enim felicitate facto initio, per eandem progreſſa oratio no- p.86.
ſtra ad illam nunc iterum redit, poſtquam expoſuimus quae viro egregio a Diis providentiaque conceſſa fuere bona, auditas prompte preces, et viſas ſpecies Deorum, curationes quoque, et quam praeterea illi opem ſollicitudinemque Dii teſtatam fecerunt, perſecuti. Ea quoque, quae bono fato auſpicataque fortuna ipſi obtigere, explicuimus, patriam, parentes, bonum habitum corporis, praeceptores, amicos, bonaque reliqua ſive facultates. Quae ſingula cum longe, quam in aliis hominibus, maiora ac ſplendidiora in illo fuiſſe oſtenſa a nobis ſunt, tum illa quoque diligenter enumerata, quae non poſſent pro extrinſecus adſcitis lenociniis haberi, ſed ab ſua ipſius voluntate dependerent, qualia ſunt animi eius ſecundum virtutem univerſam recte ac prae- p.87.
clare geſta. Atque ita ſummatim demonſtravimus, mentem eius ad virtutis perfectiſſimae faſtigium opere ipſo perveniſſe, bonis omnis generis divinis humanisque in vita perfecta feliciſſime cinctam ac ſtipatam.

XXXV.

Ut vero elegantiorum literarum ſtudioſi etiam ex aſtrorum ſitu, ſub quo natus eſt, coniicere queant, ſortem vitae, quae ipſi obtigit, minime inter poſtremas neque e mediocribus, ſed vero ex praecipuis ac feliciſſimis exti-

tiſſe, ſchema genituræ ipſius hoc loco exponere volui. Fuit igitur

☉	16°	26′	♈
☽	17	29	♊
♄	24	23	♉
♃	24	41	♉
♂	29	50	♐
♀	23		♓
☿	4	42	♒

p.88. Horoſcopus	8°	19′	♈
Medium coeli	4	42	♑
☊ ſive caput draconis	24	33	♏
Novilunium antegreſſum nativitatem	8	51	♒

XXXVI.

Diſceſſit Proclus ex hac vita anno poſt Iuliani imperium centeſimo vigeſimo quarto, Archonte Athenis Nicagora iuniore, Munychionis Attici ſive Romanorum Aprilis die ſeptimo decimo. Corpus exſangue ritu patrio Athenienſium curatum eſt, ceu ipſe, cum adhuc ſuperſtes foret, praeceperat. Quod ſi cuiquam, huic certe viro beatiſſimo aderat quoque notitia et cura diligens officiorum, quae defunctis debentur. Neque enim ullum locum conſuetae eorum religionis praetermiſit, ſed quo-
p.89. tannis per certos dies inviſit ad Atticorum Heroum, tum Philoſophorum quoque ſepulchra, aliorum praeterea amicorum ipſius ac familiarium Manibus, non per alium, ſed ipſe iuſta fecit. Exhibitoque ita ſingulis conveniente cultu ac honore, in Academiam progreſſus ſingillatim ibi in loco quodam placavit Manes maiorum ſuorum cognatorumque, mox in altera parte eiusdem Academiae communiter univerſis animabus omnium ſupplicavit Philoſophorum. Quibus religionibus defunctus vir praeſtantiſſimus tertio loco ad hoc delecto univerſis animabus hominum defunctorum ſacra fecit.

Procli igitur cadaver ex ipſius praeſcripto, ceu diximus,
compoſitum, efferentibus amicis, tumulatum eſt in orien-
tali parte ſuburbiorum prope Lycabettum, ubi et Sy-
riani, praeceptoris eius, corpus requieſcit, qui ipſe hoc, p.90.
cum adhuc in vivis eſſet, noſtrum rogaverat, et ſepul-
chri loculum duplicem ideo fieri curaverat. Cum por-
ro conſuleretur vir ſanctiſſimus, quid in funere ſuo fa-
ctum vellet, ne quicquam eſſet indecens aut parum
decorum, tibias, quas ſomnium minatum ipſi erat, nec p.91.
quicquam praeterea deſideravit. Inſcriptum eſt ſepul-
chro epigramma, quatuor conſtans verſibus, quod ipſe
ſibi compoſuit in hanc ſententiam:

Proclus ego heic Lycius iaceo, tuus, optime, alumnus
Succeſſorque tuus qui, Syriane, fui.
Condita communi hoc tumulo ſunt corpora noſtra.
Sic et utramque animam coelica templa tenent.

XXXVII.

Nec prognoſtica defuere anno, qui eius obitum an-
teceſſit, veluti defectus ſolis tantus, ut interdiu nox in-
tendi videretur. Tenebrae enim ingruebant graviſſi- p.92.
mae, ut aſtra etiam in coelo apparerent. Accidit hoc,
cum ſol verſaretur in capricorno, in cardine orientali.
Praeterea aliam quoque eclipſin ſolis adnotarunt ſcri-
ptores Ephemeridum futuram anno proximo exacto.
Dicuntur autem labores eiusmodi coeleſtium corporum
obſervati portendere ea, quae in terris contingunt: nobis
certe privationem et quaſi defectionem eximii luminis
Philoſophiae perſpicue admodum eclipſis ſignificavit.

XXXVIII.

Atque haec de Philoſopho hactenus a me narrata p.93.
ſufficiant. Iam aliis, qui id laboris in ſe ſuſcipere vo-
luerint, integrum erit etiam de diſcipulis eius atque
amicis vera literis tradere. Plurimos enim undique

adventantes ipſum frequentaſſe conſtat, alios duntaxat auditores, alios etiam ſectatores aſſiduos ipſius doctrinae, ac propter Philoſophiam illi familiares. Scripta quoque Procli ſingillatim recenſeri optem ab alio, qui me ſit laborioſior. Nam haec tantum tradidi, propriae conſcientiae ut ſatisfacerem, teſtarerque, divinam me Procli animam bonumque illius genium ſancte colere. De ſcriptis igitur Philoſophi nihil addo, niſi quod reli-
p.94. quis univerſis ſemper praelatos audivi commentarios in Timaeum. Vehementer etiam probati ſunt compoſiti ab ipſo in Theaetetum commentarii. Idem frequenter dicere ſolitus eſt, per ſe ſi ſtaret, ſe ex omnibus ſcriptis veterum ſola ſervaturum oracula ac Timaeum. *Caetera*, inquit, *abolerem univerſa*, *aetatique praesenti ſubtraherem*, *quia multos contingit offendi*, *cum temere nec probe inſtituti ad ea legenda accedunt.*

NOTAE IN MARINVM.

P. 1. edit. Fabric. *ΠΕΡΙ ΕΥΔΑΙΜΟΝΙΑΣ*] Codex Taurinensis π. τῆς Ε.

P. 1. τὴν παρασκευὴν καὶ] Haec verba, quae invenerat in suo codice Latinus Interpres, sed quae absunt ab editionibus, restitui e codicibus Coislliniano, Mediceo, Guelferbytano, Taurinensi, et e Dorvilliano ad Charit. p. 602.

P. 1. οὐδένειαν, καλῶς ἂν ἔχειν ἔδοξέ μοι ἡσυχίαν ἄγειν] Taurin. οὐδὲν εἶ, κ. ἂν ἔδοξέ μοι ἄγειν.

P. 1. ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα ἅλλεσθαι] „Proclus libro quin- „to [immo *tertio*] capite trigesimo, de Pentathlo scribens „ait: initium unde saltus fit dicitur βατὴρ, finis autem τὰ „ἐσκαμμένα: ὅθεν ἐπὶ τῶν τὸν ὅρον ὑπερπηδώντων οἱ παροι- „μιαζόμενοι λέγουσι πηδᾷν ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα. Multa de „hoc proverbio sunt apud Suidam annotata.“ INTERPRES LATINVS. — „Meminit huius proverbii praeter „Platonem in Cratylo [c. 64. ubi Heindorfius.], Pollucem „[III. c. 30. §. 6.], Zenobium [Cent. VI. 23.], Suidam „[in ὑπὲρ τὰ ἐσκ. ubi Kusterus.] et Apostolium [Cent. XIX. „92. p. 249.], Hieronymus adversus errores Ioh. Hieroso- „lymitani: *cum ergo ista quaerantur, cur tu omissis super* „*quibus pugna est, de scammate et loco certaminis egrede-* „*ris, in peregrinis et longe alienis disputationibus immora-* „*ris?*“ FABRICIVS. — Eumathius Hysm. IV. p. 133. ἂν δ᾽ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾷ: ubi Gaulminus. Adde Erasmum Ad. II. 1. 93; Ferrerium prov. 41., et Bastium ep. crit. p. 243. nova promentem.

P. 1. ἀναῤῥιπτεῖν κίνδυνον] Coisllinianus, Taurinensis et Guelferbytanus ἀναῤῥιπτεῖν, quod praetuli edito ἀναῤ-ῥίπτειν. Suidas habet ἀναῤῥιπτεῖν, sicque semper Thucydides. Caeterum res levissima est, poteramque servare ἀναῤῥίπτειν, ni aliter suasissent optimi codices. Plutarchus Nic. c. 11. τὸν περὶ ὀστράκου κίνδυνον ἀνέῤῥιψε. Agathias H. I. p. 17 D. ἀναῤῥίψοντες κίνδυνον. De locutione vide viros doctos ad Ellipses Graecas p. 238. editionis illius luculentissimae, quam curavit et egregie ornavit Schaeferus, vir praestantissimus. Cf. Abresch. ad Aeschyl. t. 1. p. 156. Ammianus Marc. XXVI. 6. p. 459.

„vel atrocem mortem clementiorem ratus malis quibus affli-
„ctabatur, *aleam periculorum omnium iecit* abrupte."

P. 1. *παραμετρῶν*] Taurin. *περιμετρῶν*.

P. 1. *διὰ ταύρων*] In Taur. nota marginalis: *ποικιλότης τῶν πάλαι θυσιῶν*.

P. 2. *ἐν μέτρῳ*] CMGT *μέτρῳ*, quod recepi pro *μέτροις*. Iidem mox *ἄνευ μέτρου* pro *ἀν. μέτρων* dederunt, ubi etiam *δὲ* omittunt M et G. Superſunt Ariſtidis hymni *τῶν ἄνευ μέτρου* exemplum. Ipſe initio hymni in Iovem: *ὑπισχνούμενος ὕμνον ἐρεῖν Διὸς, καὶ ταῦτα ἄνευ μέτρου.*

P. 2. *πόπανον δὲ μόνον, καὶ χόνδρον, εἰ τύχοι, λιβανωτοῦ*] T *χόνδρονοι τύχοι*. — „Tibullus [IV. 1. 14. et ibi Hey-
„nius.]:

„*Parvaque Coeleſtes pacavit mica, nec illis*
„*ſemper inaurato taurus cadit hoſtia cornu.*"

FABRIC. — Ad Tibullum et ad Noſtrum facit Alciphron III. 35. *ὁ πένης πόπανον, ὁ δὲ ἔτι πενέστερος λιβανωτοῦ χόνδρους εὖ μάλα εὐρωτιῶντας, ταῦρον δὲ οὐδείς:* ubi Berglerus. Menander Athenaei IV. 27. p. 73.

ὁ λιβανωτὸς εὐσεβὲς
καὶ τὸ πόπανον· τοῦτ' ἔλαβεν ὁ θεὸς ἐπὶ τὸ πῦρ
ἅπαν ἐπιτεθέν.

Iamblichus V. P. 11. p. 40. *πρὸς τοὺς βωμοὺς προσενεγκεῖν, οἷον πόπανα καὶ ψαιστὰ, καὶ κηρία, καὶ λιβανωτόν.* Quid ſit *πόπανον*, tradit Schol. Platon. p. 162. Eunapius p. 51. *χόνδρον καθαγίσας λιβανωτοῦ.* Lucianus Cron. 16. *οἱ δὲ λιβανωτοῦ χόνδρους πεμπόντων.* Auctor Fabulae Aeſopicae ex Editione Furiae, Viri doctiſſimi, 1. p. 177. *χόνδρον λιβανωτοῦ δοῦσα αὐτῷ.* Socrates Stobaei: *τὸν λιβανωτὸν τοῖς θεοῖς, τὸν δὲ ἔπαινον τοῖς ἀγαθοῖς ἀπονέμειν δεῖ.* Schowius p. 9. ſcripſit *τὸ λιβ.* citra neceſſitatem. Conferetur apte narratio Sopatri in Prolegomenis ad Ariſtidem: *λέγεται ὅτι εἰσελθόντος εἰς Δελφοὺς εὐτελοῦς τινὸς καὶ λαβόντος χρησμὸν, Νέρων οὐκ ἔλαβε, ζητῶν ὁ αὐτὸς πυθέσθαι περί τινος· εἶτα ἤρετο ἀνθ' ὅτου; ἡ δὲ Πυθία ἀπεκρίθη, ἔα δέ μοι χθιζὸς λίβανος κλυτοῦ Ἑρμηνῆος. Τοῦτο δὲ ἐσήμαινεν ὅτι, πλείων μοι ἀρέσκει ὁ Ἑρμηνεὺς θύων εὐτελές τι, ὢν εὐσεβὴς, ἢ Νέρων πολλὰ θύσας.* Emendabo:

Εὔαδέ μοι χθιζὸς —

Et mox *πλεῖον*.

P. 2. *εὐηκοΐας ἀπολαύουσιν*] *Ny ἐφελκυστικὸν* addidi ex M et G. Supra G *παρασκευάζουσιν*, quod ſecure potui negligere. De talibus non ubique monebo. — Eunapius p. 12. *εὐηκοΐας ἔτυχε θεῶν.* Noſter infra c. 34. p. 86. Proclus

in Cratyl. c. 122. Isis *Εὐάκοος* dicitur in Inscriptione Mytilenensi, quam Villoisonus descripsit:

ΟΚΤΑΥΙΑ ΜΑΡΚΟΥ
ΘΥΓΑΤΗΡ
ΕΙΣΙΔΙ ΠΕΛΑΓΙΑ
ΕΥΑΚΟΩ

Vide virum doctissimum in *Memoriis Academ. Inscription.* t. 47. p. 306.

P. 2. *δεδιὼς κατ' Ἴβυκον μή τι*] CL et G *δεδειώς*. T *δεδεικώς*. Scholiastes ineditus Philostrati Icon. I. 2. *ἰστέον ὅτι πᾶς παρακείμενος διὰ τοῦ κ ἔχων τὴν λήγουσαν καὶ μακρᾷ παραληγόμενος, εἰ ἀποβολὴ τοῦ κ ποιήσεται, συστέλλει τὴν παραλήγουσαν, οἷον· ἑστηκώς, ἑστάως, βεβηκώς, βεβαώς, δεδοικώς, δεδιώς.* — Codices *μή τι*, quod scripsi pro *μή τοι* Fabricianae unius; nam *μή τι* in caeteris, ut apud Platonem Synesiumque mox citandos. Damascius Suidae in *μή τοι* hoc Ibyci loco utens scripsit quidem *μή τοι*, sed est emendandus ex vocibus *ἀμπλάκημα* et *Ἰβύκειον*, ubi rectius *μή τι*. — „Plato in Phaedro [p. 242 C.] *ἐδυσωπούμην* „*κατ' Ἴβυκον, μή τοι* [immo *μή τι*, quod editur.] *παρὰ* „*θεοῖς ἀμπλακὼν, τιμὰν πρὸς ἀνθρώπων ἀμείψω.* Meminit et Plutarchus VIIII Sympos. [p. 748 C.], Suidas in „*μή τοι.*“ FABRIC. — „Sensus videtur esse obscurior, „sic autem intelligendus. Ibycus metuebat, ne, dum captaret gloriam vulgi, Deos offenderet: Marinus autem veretur, ne, non Deos quidem, sed virum sapientem offendat, „dum studet suae laudi apud homines. Ibyci poetae Lyrici „mentio fit in proverbio, *Ibyci grues* [apud Suidam in „*Ἴβυκος*. Conf. G. Canter. N. L. I. 12. Iacobsium ad Antip. Sid. Ep. 78.].“ INTERPR. LAT. — Qui legerit Ruhnkenium ad Tim. p. 90. nihil desiderabit de hac Ibyci celeberrima sententia. Synesius, inter alios a viro doctissimo indicatos auctores, ep. 105. p. 247 A. *οὐ γὰρ νεώτερόν ἐστι τὸ δέος, ἀλλὰ καὶ λίαν ἀρχαῖον, τὸ μή τι περὶ θεὸν ἀμπλακὼν, τιμὰν πρὸς ἀνθρώπων ἐφεύρω.* Codices duo habent *παρὰ θεὸν*, unde reposuerim *παρὰ θεῷ*. Damascius quidem in *τῷ* Suidae *Ἰβύκειον* habet *περὶ θεοὺς*, quod probat Kusterus, sed utique praeferenda lectio *παρὰ θεοῖς*, quae invenitur in vocibus *ἀμπλάκημα* et *μή τοι*, nec non apud Platonem Nostrumque. Synesii scholiastes: *Ἴβυκος ὁ λυρικὸς ποιητὴς τοῦτό φησιν.*

P. 2. (*δέδοικα γὰρ μὴ οὐδὲ ὅσιον ᾖ — φθέγγεσθαι —*)] T *φέγγεσθαι.* — Parenthesi locum intricatum iuvare mihi visus sum. Agathias praef. Hist. p. 4 C. *δεδιέναι μοί πως*

ἐπῆλθε, μή τι ἄρα οὐχ ὅσιον εἴη ἔργα οὕτω μέγιστα — καταλιπεῖν ἀμνηστα.

P. 3. δι᾽ ἀργίαν δέ τινα τῆς διανοίας] CT ſine τινα. Infra cap. 24. ſomnum vocat ἀργίαν τινὰ τῆς ψυχῆς.

P. 3. μυρίων ὅσων] Infra c. 26. p. 61. ὑπομνήμασι μυρίοις ὅσοις. Confer Schaeferum ad Dionyſ. p. 184.

P. 3. ἱστορημένων] Haec eſt ſcriptura Codicum, et Editionum omnium, praeter Fabricianam, in qua ἱστορουμένων. Infra c. 17. 32. idem tempus a Fabricio male mutatum revocavi.

P. 3. Ἄρξομαι] LG in margine: ἀρίστη ἡ τοῦ ὅλου λόγου οἰκονομία. C ἀρίστη τ. ὅ. λ. ἡ οἰκον.

P. 3. κρηπῖδα] Pariſinus Codex κρηπίδα, ut Xylander et Lugdunenſis: ſed Fabriciana, Portiana, CT κρηπῖδα, quod rectius eſſe videtur. Fragmentum lexici ab Hermanno editi, et cuius auctor forte eſt Nicephorus Gregoras (vide Baſtium in Schoellii *Repertorio* p. 414.), p. 325. οἱ Ἀττικοὶ βραχύνουσι τοῦ κ ρ ὶ ς τὴν λήγουσαν, ἕτεροι δὲ ἐκτείνοντες τὴν παραλήγουσαν, ἐκτείνουσι καὶ τὴν λήγουσαν· ὁμοίως τὸ ψηφὶς, κρηπὶς, τευθίς. Herodianus de Proſodia (confer Baſtium ibidem p. 415.) ab Hermanno quoque editus p. 447. ἐκτείνεται δὲ τὸ ι καὶ μάλιστα ἐπὶ δισυλλάβων, εἰ ἡ πρὸ τέλους μακρὰ ὑπῆρχεν, ἤ τοι φύσει ἢ θέσει· κηκὶς, κηλὶς, κτλ. Confer Schaeferum ad Longum p. 347. et Wernsdorf. ad Himer. p. 184.

P. 3. κρηπῖδα — θήσομαι] Euripides Herc. Fur. 1261.

> Ὅταν δὲ κρηπὶς μὴ καταβληθῇ γένους
> Ὀρθῶς.

Maximus Tyr. III. 2. ὥσπερ κρηπὶς τῇ σωτηρίᾳ τοῦ βίου ὑποβέβληται.

P. 4. τεθρυλλημένων] CG τεθρυλημ.

P. 4. τὴν τῶν σοφῶν εὐδαιμονίαν] „Intelligit animi bo„na." INT. LATIN.

P. 4. πρὸς εὐζωΐαν] „Graece dicit εὐζωΐαν, quam ad „corporis felicitatem refero, quae conſiſtit in ſanitate, for„ma, robore. Nam ζωὴ, teſte Ammonio [in βιοῦν p. 30.], „de ſtirpibus etiam et brutis dicitur. Ita ut in homine ſit „haec vita animae et corpori communis." INT. LAT.

P. 4. εὐπαρεσκεύαστο] T παρεσκεύαστο. G εὖ παρ. quod praeferendum. — Mox pro εἴπερ τῳ, editiones εἴπερ τῷ, excepta Xylandriana.

P. 4. Πρῶτον δὴ οὖν] Hic cum Lugdunenſi poſui capitis tertii diſtinctionem, quam Fabricius fecerat inferius ad αἵ

τινες ἐκ γενετῆς, male; nam αἵ τινες cohaerent cum φυσικώτεραι.

P. 4. κατὰ γένη διελόμενοι] „De his virtutum diviſioni„bus dictum in prolegom. [§. 3.]" FABR. Confer Olearium ad Philoſtr. p. 243. et Wyttenbachium ad Platon. Phaedon. p. 216. 172.

P. 4. ἠθικὰς] Plutarchus de Educatione cap. 4. τὸ ἦθός ἐστι πολυχρόνιον, καὶ τὰς ἠθικὰς ἀρετὰς ἐθικὰς ἄν τις λέγῃ, οὐκ ἄν τι πλημμελεῖν δόξειεν. Xylander coniecit ἦθος ἔθος ἐστὶ πολυχρ. quod et Heuſingero placuit Wolfioque. Equidem fateor, veriſimillimam eſſe hanc coniecturam, et timidus propono meam, ἦθός ἐστί τι πολυχρόνιον.

P. 4. καθαρτικὰς] „De his vide Porphyrium apud Sto„baeum [p. 47. Schow.] in ſermone de virtute." INT. LATIN.

P. 4. οὕτω δὴ καλουμένας θεουργικὰς] De hoc τοῦ οὕτω pleonaſtico uſu cf. quae animadverterunt egregii viri, Baſtius Ep. crit. p. 37. et Schaeferus Append. ad eandem Epiſt. p. 7. et in Melet. I. p. 14. 81.

P. 5. συγγενεῖς ἦσαν] Sic Codices omnes et Editiones ante Fabricium, qui, neſcio cur et unde, ſcripſit συνῆσαν. Infra c. 3. συγγενῶς εἶχε πρὸς τὰ ἀμείνω. c. 7. τὸ θεοφιλὲς συγγενὲς πολὺ ἔχων ἐδείχθη.

P. 5. ὀστρεώδει] „Eſt periphraſis humani corporis. Con„ſimilis locutio reperitur apud Platonem in Phaedro [p. „250 G.] καθαροὶ καὶ ἀσήμαντοι τούτου, ὃ νῦν σῶμα περι„φέροντες ὀνομάζομεν ὀστρέου τρόπον δεδεσμευμένοι." INT. LAT. — „Corpus ὄστρεον Platoni in Phaedro, Arriano „in Epicteteis [IV. 7. 5.], etc." FABR. Themiſtius or. XXI. p. 261 B. πᾶσα γὰρ ἡ τοιαύτη ἀνανδρία σμικρᾶς τε καὶ ἀνελευθέρου ψυχῆς καὶ σφόδρα τὸ ὄστρεον τοῦτο τιμώσης. Codex Valeſianus ὄστριον, quod eſt magis atticum, ſi tamen ſcribas ὄστρειον per diphthongum. Vide Notas ad Moerin p. 285. et Schweighäuſerum ad Ath. III. 44. Proclus in Cratyl. c. 60. dixit ὀστρέϊνον σῶμα. Cf. Abreſch. ad Aeſchyl. t. 1. p. 526. Admetus Epigr.

Γαῖα λάβ' Ἀδμήτου ἔλυτρον· βῆ δ' εἰς θεὸν αὐτός.

ubi vid. Iacobſium.

P. 5. ἣν δὴ φρόνησιν] Coiſl. in margine: *Εὐαισθησία ἀνάλογον τῇ φρονήσει.*

P. 5. τῶν τιμιωτάτων αἰσθήσεων — δεδώρηνται] Editi δεδώρηται, quod mutavi e CGT. — „Plato in Timaeo

„[c. 37. 38.], et ibi Proclus, ac Chalcidius [c. 265.].“ FABR. Defcribam locum Platonis: ὄψις δὴ κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον αἰτία τῆς μεγίστης ὠφελείας γέγονεν ἡμῖν, φωνῆς τε δὴ καὶ ἀκοῆς πέρι, πάλιν ὁ αὐτὸς λόγος, ἐπὶ ταῦτα τῶν αὐτῶν ἕνεκα παρὰ θεῶν δεδωρῆσθαι. Chalcidius: „Sunt igitur principales duo fenfus, vifus et auditus, utrique philofophiam adiuvantes.“

P. 5. Δευτέρα δὲ ἰσχὺς] CG ad marginem: ἰσχὺς ἀνάλογον ἀνδρίᾳ. E Laurentiano enotatur ἀνάλογος.

P. 5. ὑπὸ χειμώνων καὶ καυμάτων] Sic fcripfi pro καμάτων, e codicibus LG et Dorvilliano ad Char. p. 500. adftipulante Schaefero ad Ellipf. p. 86. CTV καμάτων, ut editi. Ariftides Or. Sacr. II. p. 292. ἐπειδὴ γὰρ ἐκομίσθην ἀπὸ τῆς Ἰταλίας, πολλὰ καὶ παντοῖα συνειληχὼς τῷ σώματι ἀπὸ τῶν συνεχῶν καμάτων τε καὶ χειμώνων, οἷα ἐχρησάμην ἀπιὼν διὰ Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας: forte καυμάτων. Themiftius Or. II. p. 39 C. σῶμα βασιλικὸν στερεώτερόν ἐστιν ἀδάμαντος ὑπὸ τῶν πόνων· οὕτω ῥᾳδίως (Codex Valefianus ῥᾷστα) αὐτὸ καὶ εὐκόλως ἐμπιέζει (Cod. πιέζει) μὲν ἐνδείᾳ, δίψῃ (Cod. δίψει) δὲ ἀνιᾷ, θυραυλίᾳ δὲ ἐποτρύνει, προβάλλει δὲ χειμῶνι, καύματι δὲ ἐπιδίδωσιν. Stobaeus p. 123. Sch. οἱ τὸ σῶμα εὖ διακείμενοι καὶ καύματα καὶ ψύχη ὑπομένουσιν. Theano p. 742. καὶ λιμὸν καὶ δίψος ἐνεγκεῖν, ἔτι καὶ ψύχος καὶ θάλπος.

P. 6. ἠμελημένης] LG ἠλημένης.

P. 46. Μάρναν] „De Marna Gazae Palaeftinae numi„ne, qui idem [ac] Iupiter, videndus praeter Seldenum, „libro praeftantiffimo de Diis Syris, Salmafius ad Solin. „et Lampridii Alexandrum Severum. [p. 202 E.], ubi Se„ptimius Arabinus exclamat, *o Marna, o Iupiter, o Dii* „*immortales*. Vetus editio ridicule, *o Maria*, aliae, *o* „*numina*. Confer etiam quae notant viri docti ad Ste„phanum Byzantinum in *Γάζα*, Scaliger ad Eufeb. et ad „fragmenta veterum Hiftoricorum, Ezech. Spanhemius de „ufu ac praeftantia numifmatum, Bochartus in Geogra„phia S., et imprimis Norifius diff. V. de Syro-Macedo„num epochis." FABR. Salmafius citat Hieronymum in vita *Serapionis*; fcribendum vero *Hilarionis*. Hieronymus in hoc libro: „adverfum Gazenfem duumvirum, Mar„nae idolo deditum." Nec longe abhinc: „clamor fit „vulgi nimius, ita ut ethnici quoque ipfi concreparent, „*Marnas victus a Christo eft*."

P. 46. Ἀσκληπιὸν Λεοντοῦχον] Nefcio an hic locus poffit lucem accipere ex his Pfelli ad oracula p. 77. Ἐν τῶν ἐν οὐρανῷ δώδεκα ζωδίων λεγομένων, ἐστὶν ὁ λέων, οἶκος ἡλίου λεγόμενος, οὗ τὴν πηγὴν, ἤτοι τὴν αἰτίαν τῆς λεοντοειδοῦς ἐξ ἀστέρων συνθέσεως, λεοντοῦχον ὁ Χαλδαῖος καλεῖ. Et addit, quae ad rem noftram inutilia defcribam, ut emendem: ἐν οὖν ταῖς τελεταῖς, φησὶν, ἐὰν ἐξ ὀνόματος καλέσῃς τὴν τοιαύτην πηγὴν, οὐδὲν ἕτερον ἴδῃς ἂν (Cod. 2832. ἴδοις ἂν) ἐν οὐρανῷ ἢ φάσμα λεόντειον· οὔτε γὰρ ὁ κυρτὸς τοῦ ἀνθρώπου (lege οὐρανοῦ e margine Editionis et Codice eodem) ὄγκος, ἤτοι ὁ περιφερὴς, φανεῖταί σοι. Dio Chryf. Or. LXIII. p. 325. ἐμοὶ δοκεῖ καὶ ἀνθρώπους τύχην ἔχειν, ὁπότε ἂν αἰθρίαν ἔχῃ, μὴ σκότος. Codex 2958. καὶ οὖνὸς, id eft οὐρανὸς, quod recte coniecerat Reiskius. Confer Schaeferum ad Dionyf. p. 173. In Lucianeo Timone c. 33. confufa credo αὐτὸν et οὐρανόν: ἐῤῥωμένος δὲ τὴν γνώμην διετέλεσεν, ἀνδρὸς βίον ζῶν καὶ πρὸς αὐτὸν ἀποβλέπων. Forte πρὸς οὐρανὸν ἀποβλ.

P. 47. Θυανδρίτην] Haec eft Codicum et editorum lectio ante Fabricium, qui fcripfit Θεανδρίτην. „Ita lego," ait, „non Θυανδρίτην, ex Damafcio apud Photium, quem „confule p. 565. edit. Hoefchelii." En Damafcii verba

p. 1061, 3. ἔγνω δὲ ἐνταῦθα (ἐν τοῖς Βόστροις τῆς Ἀραβίας) τὸν Θεανδρίτην, ἀῤῥενωπὸν ὄντα θεὸν καὶ τὸν ἄθηλυν βίον ἐμπνέοντα ταῖς ψυχαῖς. In nomine tam ignoto malui Codices meos ſequi.

P. 47. Ἶσιν τὴν κατὰ τὰς Φίλας ἔτι τιμωμένην] LG ἴσον. Sic apud Heliodorum I. 30. pro Ἶσιν Cod. Venet. 409. habet ἴσην. — CT ἐπιτιμωμένην. Confer ſupra p. 86. — „Vide Diodorum Siculum lib. I. cap. 22. [ubi „Weſſeling.] et quae de Philis viri docti ad Lucanum X. „313. Henricus Valeſius ad excerpta ab Hoeſchelio edi„ta de Legationibus fol. 208.“ FABR. Confer Corayum ad Heliod. p. 256. Adde quae vir eruditiſſimus Stephanus Quatremerius, cui tantum literae Orientales debent et debebunt, nuperrime de hac inſula ſcripſit in egregio ſuo opere, *Mémoires Géograph. et Hiſtoriqu. ſur l'Egypte.* t. 1. p. 380 ſqq.

P. 47. πρόχειρον] Memini Platonis Athenaei XV. 1. ſic editi:

Τῇ παιδὶ τοὺς αὐλοὺς ἐχρῆν ἤδη προχείρους εἶναι.

Malim, ad metrum, πρὸ χειρὸς εἶναι. Ex πρὸ χειρὸς factum adiectivum πρόχειρος, ut ex πρὸ πόλεως adiectivum προπόλεος apud Suidam, quem fruſtra ſollicitavit Kuſterus, ut infra oſtendam.

P. 47. τοῦ ὅλου κόσμου] „Putavit itaque Proclus, tot „tamque diverſa ſacra Deo non diſplicere, ſed hanc va„rietatem imprimis gratam ipſi eſſe, quod profeſſus etiam „fuit Themiſtius Oratione ſeptima ad Valentem, et duo„decima ad Iovinianum, docens Deum delectari varietate „opinionum de rebus divinis, ut ſinguli maieſtatem ipſius „magis revereantur, vel ob id quod difficile eſt eum co„gnoſcere. Confer Socratem lib. IV. Hiſt. Eccleſiaſt. c. „32. *Forſitan vero varietas huiusmodi, ordinante Deo,* „*decorem quemdam parit in univerſo mirabilem,* inquit „Marſilius Ficinus libro de veritate religionis Chriſtianae „capite IV. Sed videtur etiam alia cauſa fuiſſe, ob quam „non modo ſinguli philoſophi, ſed etiam Athenae et Ro„ma, quam numinum cunctorum cultricem vocat Arno„bius, tam varia ſacra reciperent, et quo pluribus ſe ob„ſtrinxiſſent, eo magis ſe Deo probari ſperarent: nempe „quo plura ſacra ab ipſis obirentur, eo plures ſe puta„bant placare Deos intermedios, quorum innumerum nu„merum et genera complura eſſe non dubitabant, ſub „uno Deo ſummo, Deo Deorum, pura mente colendo „potius quam cerimoniis externis. Vide Celſum apud

„Origenem lib. 8. p. 381. Hinc apud Athenienſes tot „Deorum templa, tot arae, etiam ignotorum, et quemvis „Deum peregrinum calumniari Athenis nefas. Philoſtratus „VI. 2. [c. 3. p. 232.] et ex eo Suidas in *Τιμασίων: σω-„φρονέστερον γὰρ τὸ περὶ πάντων θεῶν λέγειν εὖ, καὶ ταῦ-„τα Ἀθήνησιν, οὗ καὶ ἀγνώστων δαιμόνων βωμοὶ ἵδρυνται.* „Cumque per univerſa imperia, provincias, oppida, ſin-„guli populi ſacrorum ritus gentiles haberent, et Deos „colerent municipes, Romanos univerſa coluiſſe, univer-„ſarum gentium ſacra ſuſcepiſſe et omnium religionum ri-„tus initiaſſe, ait Caecilius apud Minucium in Octavio „[c. 6.]. Si porro quaeras, cur ſola Iudaeorum et Chriſtia-„norum ſacra neglecta et exeſſe iuſſa fuerint a Romanis, „reſponderi poteſt, etiam de his recipiendis aliquando „conſultum initum, ut ſub Tiberio, Adriano et Alexandro „Severo; deinde putaſſe eos, ſe non poſſe ſacra colere il-„lius Dei, qui ſolus coli vellet ſine rivali, et aliorum „Deorum ſacra non modo contemneret, ſed velut impia „abominari iuberet, quam cauſam innuit Auguſtinus." FABRICIVS.

P. 48. *Τὰς δὲ ἀλγηδόνας — τῷ μὴ τὸ ἄριστον ἑαυτῷ συμπάσχειν*] Scripſi *ἑαυτῷ* pro *ἐν αὐτῷ* ex CT. *τῷ* ſcribere debui pro *τὸ* ex coniectura quam firmat Plotinus. LGCT omittunt alterum *τό*. — Plotinus Enn. I. 2. 5. *τὰς δὲ ἀλγηδόνας ἀφαιροῦσαν, καὶ εἰ μὴ οἷόν τε, πράως φέρουσαν, καὶ ἐλάττους τιθεῖσαν, τῷ μὴ συμπάσχειν.*

P. 48. *τῆς ψυχῆς παράστημα*] Longinus c. 9. *ὥσπερ ἐγκύμονας ἀεὶ ποιεῖν γενναίου παραστήματος.* Confer Ruhnkenium et Toupium ad c. 7. §. 2. et Graevium ad Lucian. Soloec. 5. t. 9. p. 465. Suidas in *Λάψοντες: οἱ γὰρ αἵματος ἐμπεφορημένοι καὶ διὰ δίψαν ὁρμῶντες, ἐν τῇ κρήνῃ ἔχουσι τὸ παράστημα:* id eſt *τὸν νοῦν.* Confer Toupium Emend. t. 1. p. 380.

P. 48. *ἐδήλωσε καὶ*] Coniunctionem addidi ex LGCT. Mox *γὰρ* dedi ex iisdem. Inferius pro *ἐγίγνετο*, T *ἐγίνετο.*

P. 49. *τῆς παρέσεως*] De Procli *παρέσει* membrorum infra c. 26. 31.

P. 49. *ἔστιν ὅτε παρ. ἀνεγιγνώσκομεν*] Ex LG pro *ἀνεγινώσκομεν.* — „Interpres male legit *ὅτε* et vertit: *nam* „*haec quoque nonnunquam praeſentes recitabamus.* Cae-„terum animi corporisque morbos hymnis cantatis pellere „mos Pythagoreorum. Vide Iamblichum de vita Pythag. „c. 25." FABR. Confer Pricaeum ad Apul. Apol. p. 105. Caeterum litem interpreti non merito movet Fabricius:

versio quam reprehendit optima est, et neutiquam mutanda. Ἔστιν ὅτε significat *aliquando, nonnunquam*. Confer Ellipses Bosii in χρόνος. — Mox pro ἀλλὰ ἔτι, scripsi ἀλλ᾽ cum LGCT.

P. 50. ἐπισυμβαίνοντα] T ἐπιβαίνοντα.

P. 50. εἰωθότα] Editi: συμπιπτόντων ταῦτα, τοιαῦτ᾽ ἐστὶ ταῦτα, εἰωθότα ἐστίν. Distinxi, ut proposuerat Fabricius. „Possit, inquit, et ita distingui: ὥστε καὶ λέγειν „ἐφ᾽ ἑκάστοις τῶν συμπιπτόντων, ταῦτα τοιαῦτ᾽ ἐστὶ, ταῦ„τα εἰωθότα ἐστίν. Egregium hoc exemplum animi qua„cumque sorte inconcussi atque immobilis. Sic Hebraei „de Doctore quodam Nahumo, qui propterea *Gamsu* iis „audit, referunt, eum ad omnia quaecumque ipsi accidis„sent dicere solitum: גמזו *etiam hoc cedet mihi in bo„num.*" FABR.

P. 50. Ὅπερ ἐμοὶ ἐδόκει ἀπόφθεγμά] Editiones: ὅπερ ἐμοὶ δοκεῖ, μᾶλλον δὲ ἐδόκει ἀπόφθ. Quod acumen cum non perspicerem, recepi lectionem simpliciorem, et, ut puto, veriorem Codicum LGC. In T similiter, nisi quod pro ὅπερ, sit ὥσπερ.

P. 50. τὴν λογικὴν εἶναι ψυχὴν] ψυχὴν omittunt LGCTV. Sed servare volui. Infra c. 24. μόνης τῆς λογικῆς ψυχῆς. In hoc toto loco Noster presse sequitur Plotinum Enn. I. 2. 5.: τὸν δὲ θυμὸν, ὅσον οἷόν τε ἀφαιροῦσαν, καὶ εἰ δυνατὸν, πάντῃ, εἰ δὲ μὴ, μὴ γοῦν αὐτὴν συνοργιζομένην, ἀλλ᾽ ἄλλου εἶναι τὸ ἀπροαίρετον, τὸ δὲ ἀπροαίρετον ὀλίγον εἶναι καὶ ἀσθενές.

P. 50. Ἀφροδισίων] Et haec noster sumsit a Plotino ibidem: ἐπιθυμίαν ... οὐκ αὐτὴ ἕξει οὐδὲ τῶν ἀφροδισίων δέ· εἰ δ᾽ ἄρα, φυσικῶν, οἶμαι, καὶ οὐδὲ τὸ ἀπροαίρετον ἐχουσῶν· εἰ δ᾽ ἄρα, ὅσον μετὰ φαντασίας, προπετοῦς καὶ ταύτης.

P. 51. ἑαυτὴν συνάγουσα καὶ ἀθροίζουσα πρὸς ἑαυτὴν] Damascius Suidae in Σαραπίων: συνάγων ἑαυτὸν ἀεὶ καὶ συναιρῶν, ὡς οἷόν τε, πρὸς τὸ εἴσω καὶ τὸ ἀμερέστερον. Plotinus Enn. I. 2. 5. de anima: ἀπὸ μὲν δὴ σώματος, ἴσως μὲν καὶ τοῖς οἷον τόποις, συνάγουσαν πρὸς ἑαυτήν.

P. 51. δοκοῦσα] C male δοκοῦσαν.

P. 51. ἐστράφθαι] V ἐστρῶφθαι. C. 25. ἡ εἴσω πρὸς νοῦν στροφὴ τῆς ψυχῆς. Plotinus Enn. I. 2. 6. τὸ δὲ σωφρονεῖν, ἡ εἴσω πρὸς νοῦν στροφή. — Statim post μηδαμοῦ delevi δὲ, praeëuntibus CT. Mox pro συγγίγνεσθαι, LGC γίγνεσθαι, T γίνεσθαι.

P. 51. *πάντη δὲ — ἀπαθεῖν*] LGC *ἀπαθῆ*, et ſic T, qui inſuper omittit *δέ*.

P. 52. *Ἐκ δὴ τῆς τοιαύτης*] Xyl. Hamb. Lugdun. *δέ*. Fabricius et Codices, excepto T, bene *δή*. „Hactenus „priores editiones. Quae ſequuntur, nunc primum lucem „adſpiciunt.“ FABR. Hactenus quoque Codex Vaticanus.

P. 52. *ἀπολύτως καὶ εὐηνίως*] Ruhnkenius ad Tim. p. 125. legit *ἀλύπως* pro *ἀπολύτως*, quod eſt ingenioſum, doctum, et forte verum.

P. 52. *ὑπὲρ ταύτας ἀνέτρεχε*] Sic LGCT, non *τελεστικάς*, quod ſcripſit Fabricius, ſine auctoritate, et quod magnopere reprehendendum eſt, non monito lectore. *ἀνέτρεχε* ex T pro *ἀνέτρεχεν*. „Ad maiores et etiam his maiores „aſcendit virtutes.“

P. 52. *ναρθηκοφόρων*] „Notum proverbium: *Πολλοὶ μὲν* „*ναρθηκοφόροι* etc. ad quod Eraſmus [I. 7. 6.) annotavit „locum Plutarchi adverſus Colotem, ubi Ariſtodemum Ae„gienſem vocat *τὸν ἐκ τῆς Ἀκαδημίας οὐ ναρθηκοφόρον,* „*ἀλλὰ ἐμμανέστατον ὀργιαστὴν Πλάτωνος*. Quod convenit „cum elogio, quo hic Proclum mactat Marinus. Contra „non inter rhetoras duntaxat, ſed et inter philoſophos „ſunt qui *πολλαχοῦ ἐνθουσιᾶν ἑαυτοῖς δοκοῦντες, οὐ βακ-* „*χεύουσιν, ἀλλὰ παίζουσι*, ut ait Longinus, libello *περὶ* „*ὕψους* [c. 3.].“ FABR. Epigramma Her. *ἀδέσπ*. 25.

Πολλοὶ μὲν ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε βάκχοι.

Codex Vaticanus 100. nunc Pariſinus: *πολλοί τοι* . . . cumque hoc Scholio: *τὸ βάκχος ἐπίθετον τοῦ Διονύσου καὶ τῶν ὀπαδῶν αὐτοῦ*. Confer eruditiſſimum virum, Iacobſium ad hoc epigramma, Fiſcherum ad Platon. Phaedonem p. 290. et Wyttenbachium ad eundem p. 173. Themiſtius Or. XXI. p. 254 A. *οὐδεὶς σοφὸς δύσνους τῷ ὁμοίῳ, ἀλλὰ τῷ οὐ κατὰ νόμον μεμυημένῳ τὸν ναρθηκοφόρον βάκχον ἡγεῖσθαι οὐ συγχωρεῖ τὰ μυστήρια*. In Codice Valeſiano *οὐ* non comparet.

P. 52. *ἐβάκχευε*] CT pro *ἐβάκχευεν*. Mox *ἐγίνετο* dedi ex GCT pro *ἐγένετο* Fabricii.

P. 53. *ὥσπερ δὲ ὄψει, ἁπλαῖς ἐπιβολαῖς τῆς νοερᾶς ἐνεργείας*] Fabricius abſque ſenſu, ſaltem quem percipere poſſim, et contra Codicem, nec monito lectore, edidit *ἁπλῆν ἐπιβολήν*. Reſtituo Codicum lectionem; ſed et ipſe mutavi *ταῖς νοεραῖς ἐνεργείαις*, quod habent Codices, praeter G, in quo *ἐνεργείαι*. C. 23. *τοῦ τε νοῦ τοῦ ἀθρόως καὶ κατὰ μίαν ἐπιβολὴν ἅπαντα προνοοῦντος*.

P. 53. ἐν τῷ θείῳ νῷ] Sic T, quem ſequi placuit. Alii Codices et Fabricius ἐν τῷ θεῷ νῷ. Forte, ἐν τῷ θεῷ καὶ νῷ: ut c. 24. τὸ πρὸς τὸν νοῦν καὶ θεὸν ἐνεργεῖν.

P. 53. οὐκ ἔτ' ἂν] Fabricius ἔτι. Repoſui ſcripturam Codd. LG. In CT οὐκ ἄν.

P. 53. μυθικοῖς πλάσμασιν] Sic Proclus in Cratylum c. 103. extr. τὰ μυθικὰ πλάσματα πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐπανάγειν. Photius Bibl. Cod. 129. γέμει δὲ ὁ ἑκατέρου λόγος πλασμάτων μὲν μυθικῶν. Wyttenbachius ad Iuliani Orat. I. p. 11 D. quam frequenter iungantur μῦθος et πλάσμα docuit. Longinus fr. 11. μᾶλλον δὲ πρόσεστι τῷ ποιητικῷ, πάθεσι πλείστοις χρωμένῳ καὶ λέξεσι, καὶ δὴ καὶ μύθοις καὶ πλάσμασι. Agathias epigr. 35.

ὃς δὲ σοφοῖς μύθοις καὶ πλάσμασι καίρια λέξας.

Procopius Gazaeus Villoiſoni Diatr. p. 44. μῦθος ἄλλως ἐδόκει μοι τοῦτο καὶ πλάσμα. Gregorius Nyſſ. Vit. Gregor. Thaumat. p. 237. Voſſ. πάτρια δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασι μῦθοι καὶ πλάσματα. Photius Bibl. Cod. 166. ἐν τηλικούτοις πλάσμασί τε καὶ μυθεύμασι. Idem Cod. 94. p. 235. iungit παιγνίοις καὶ πλάσμασι.

P. 53. κατεῖδέ τε] CT, non κατεῖδέν τε. — Mox delevi τε poſt δυναμένοις, praeeuntibus iisdem.

P. 53. εἰς συμφωνίαν] „Suidas inter Procli ſcripta me-„morat συμφωνίαν Ὀρφέως, Πυθαγόρου, καὶ Πλάτωνος. „Vide quae diximus in elencho ſcriptorum Procli num. „17.“ FABR.

P. 53. συγγράμμασιν] CT γράμμασιν.

P. 53. γόνιμον] Sic Codices. Fabricius γεννικόν. — Mox pro εἰσεποιεῖτο, CT ποιεῖτο.

P. 54. ἀνεμιαῖον] Fabricius ἀνομοιαῖον, quod vertit *diverſa ab his et diſſentanea.* G tamen, ut et caeteri Codices, habet diſertiſſime et optime ἀνεμιαῖον, quod iam monuit eſſe reponendum Wyttenbachius epiſt. crit. p. 56., indicans ſimul Platonis verba, quae Marinus imitatur, Theaet. §. 23. p. 151 E. ἀλλὰ φέρε δὴ αὐτὸ κοινῇ σκεψώμεθα γόνιμον ἢ ἀνεμιαῖον τυγχάνει ὄν. Vide ibi Fiſcherum et, quem iam indicavit Heindorfius, Wyttenbachium Bibl. III. 1. p. 27., collato Wagnero ad Alciphr. t. 1. p. 295.

P. 54. διήλεγχεν] Sic LGCT, non διήλεγχε.

P. 54. ἕκαστα — καταβαλλόμενος] Haec verba, quae habent Codices omnes, omiſerat Fabricius. Τὸ ὁμοιοτέλευτον exſcriptorem doctiſſimum in errorem impegit: quid mirum, ſi toties imperiti librarii erraverint?

P. 54. φιλοπονίᾳ γὰρ ἀμέτρῳ] „Vide supra p. 6.“ FABR. Cap. 3.

P. 54. ἐξηγεῖτο — πράξεις] „Reddidi, *lectiones absolvit*. „Ita enim vox πράξεις accipitur supra p. 20. [c. 9.], et „in MS. Codice praelectionum Olympiodori in Alcibia„dem Platonis: confer Lambecium VII. p. 52.“ FABR.

P. 54. Συνεγίγνετό τε] Fabricius δὲ καί: sed τε Codices.

P. 54. τὴν νυκτερινὴν] „Supra p. 26.“ FABR. Cap. 11.

P. 55. ἥλιον ἀνίσχοντα, μεσουρανοῦντά τε] Fabricius ἀνέχοντα: sed Codices ἀνίσχοντα. Ex iisdem τε addidi.

P. 55. Πρῶτος γὰρ οὗτος] Sic Codices LCT, non αὐτὸς, ut Fabricius, qui G sequebatur, in quo male: πρῶτος γὰρ οὐ πρῶτος αὐτός.

P. 55. ψυχῶν] „Vide Proclum in πολιτείαν p. 399. „edit. Gr. Basil. Institut. Theolog. num. 196. Ficini ex„cerpta ex Proclo in Alcibiadem I. p. 246 sq. etc.“ FABRIC. — Mox dedi προνοοῦντος pro νοοῦντος ex CT.

P. 56. ἐπὶ πλεῖον μηκύνω] Sic CT. In LG ἐπὶ πλέον. Fabricius ἐπὶ τὸ πλέον. Cap. 29. μηκύνειν ἐθέλων.

P. 56. ἕκαστα)· ὃ δὲ ἐντυγχάνων] Ex ea quam feci interpunctione et distinctione locus antea obscurus fit perspicuus. Ad Eunapium p. 213. ostendi, quam apte δὲ, post parenthesin, intermissam sententiam redordiatur. Mutatio syntaxeos post parenthesin non infrequens est.

P. 56. ἐπέτυχέ τε τῆς ἐκείνου θέας] Fabricius ἐπέτυχέν τε τ. ἐκείνης θ. cum nota: „al. ἐκείνου.“ Quod reposui, ἐκείνου habent CT.

P. 56. Πλατώνειά τε καὶ Σωκράτεια] Hinc patet non satis ex vero dixisse Ficinum, Platonis convivia natalitia post Porphyrium fuisse praetermissa. Ficini errorem suum fecit Ionsius, qui H. Ph. I. 11. 6. plurima de his conviviis tradidit. Porphyrius V. Plotini c. 2. οὐδὲ θύειν ἢ ἑστιᾷν τινὰ τοῖς αὑτοῦ γενεθλίοις ἠξίου, καίπερ ἐν τοῖς Πλάτωνος καὶ Σωκράτους παραδεδομένοις γενεθλίοις θύων τε καὶ ἑστιῶν τοὺς ἑταίρους, ὅτε καὶ λόγον ἔδει τῶν ἑταίρων τοὺς δυνατοὺς ἐπὶ τῶν συνελθόντων ἀναγνῶναι. Huic legi paruit Porphyrius, cuius haec sunt verba ibid. c. 15. ἐμοῦ δὲ ἐν Πλατωνείοις ποίημα ἀναγνόντος. Idem apud Eusebium praep. X. 3. τὰ Πλωτίνεια ἑστιῶν ἡμᾶς Λογγῖνος Ἀθήνησι: ubi Ionsius l. l. et Fabricius ad Porphyr. V. Plot. 2. reponere volunt Πλατώνεια, citra necessitatem. Nam ex superius adlato Porphyrii loco videmus, ipso Plotino vivo, eius natalitia celebrari. Archilochi et Homeri natales eodem die celebrabant, quod patet ex Antipatri Thessalon.

epigrammate 45., quod non omnino recte a viro longe doctiſſimo fuit intellectum:

σήμερον Ἀρχιλόχοιο καὶ ἄρσενος ἦμαρ Ὁμήρου
σπένδομεν.

P. 56. οὐ γὰρ ἄνευ θείας ἐπιπνοίας] Addidi γὰρ ex CT. In G οὐ ἄνευ. Longinus Fr. VIII. extr. ἐξ ἐπιπνοίας τῶν Μουσῶν. Calliſtratus 2. ὁ γὰρ δὴ Σκόπας ὥσπερ ἔκ τινος ἐπιπνοίας κινηθείς· ubi Iacobſius (Exercit. II. p. 12.) hanc vocem egregie illuſtrat. Dio Chryſ. Or. LIII. p. 277. ἀτεχνῶς γὰρ οὐκ ἄνευ θείας τύχης οὐδ᾽ ἄνευ Μουσῶν τε καὶ Ἀπόλλωνος ἐπιπνοίας δυνατὸν οὕτως ὑψηλὴν . . γενέσθαι ποίησιν. Epigramma ἀδέσπ. 116.

Σῆς ἕνεκεν, Λητοῦς τοξαλκέτα κοῦρ᾽, ἐπινοίας
τήνδ᾽ ἕλε Νικοκρέων τετράκερων ἔλαφον.

Malim ἐπιπνοίας. Adde Caſaubonum diatr. in Dionem p. 450. t. 2. Reisk.

P. 56. διαλέγεσθαι] Scripſi e coniectura pro διαγίγνεσθαι. T διαγίνεσθαι.

P. 56. ταῖς νιφάδεσσιν] „Il. Γ. 222. de Vlyſſis ſermone:
„Καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν."
FABR.

P. 56. τοῦ σωφρονοῦντος ἐκείνου στόματος] „Al. σωφρο- „νεστάτου." FABR. T σώματος. De permutatione vocum στόμα et σῶμα egi ad Philoſtrati Her. p. 440.

P. 56. μαρμαρυγῆς γάρ τινος ἐδόκει τὰ ὄμματα αὐτοῦ πληροῦσθαι] CT ſine αὐτοῦ.

P. 56. τὸ ἄλλο πρόσωπον] De ἄλλος hac ſignificatione dixi ad Philoſtr. Her. p. 541.

P. 57. φῶς εἶδε περιθέον τὴν αὐτοῦ κεφαλὴν] „Al. φῶ- „τὶ εἶδε περίθετον." FABR. T παραθέον. Fabricius αὐτοῦ τὴν κεφ. Malui ordinem verborum in CT. — Exempla ſimilis prodigii non ſunt rara in veterum libris. Quis non meminit Servii Tullii, cuius caput arſiſſe refert Titus Livius (I. 39.) multorum in conſpectu, et Laviniae (Aen. 7.) viſae

„longis comprendere crinibus ignem?"

Minus protrita ſunt quae narrat Damaſcius (Bibl. Phot. p. 1040. 1041.) de Severi equo, et Tiberii aſino ſcintillas e corpore mittentibus, de Balemeri Theodorici illius patre (confer Euſtathium ad Il. ε. t. 3. p. 1105.), cuius corpus igniculos iaciebat. Καὶ ἐμοὶ ἐνδυομένῳ τε καὶ ἐκδυομένῳ, addit Damaſcius, εἰ καὶ σπάνιον τοῦτο συμβαίνει, συμβαίνει δ᾽ οὖν σπινθῆρας ἀποπηδᾶν ἐξαισίους, ἔσθ᾽ ὅτε καὶ κτύπον παρέχοντας, ἐνίοτε δὲ καὶ φλόγας ὅλας καταλάμ-

πειν τὸ ἱμάτιον, μὴ μέντοι καιούσας. Deinde ſubiungit, ſe ἰδεῖν καὶ ἄνθρωπόν τινα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἀφιέντα σπινθῆρας, ἀλλὰ καὶ φλόγα ἀνάπτοντα, ὅτε βούλοιτο, ἱματίῳ τινὶ τραχεῖ παρατριβομένης. Philoſophi hodierni in his flammis nihil portentoſi vident: hodie miracula nec tam facile eduntur, nec tam prone creduntur, quam Damaſcii et Marini aetate.

P. 57. τῇ αὑτοῦ ἐξηγήσει] Fabricius τῇ ἐξ. CT αὐτοῦ: ſcripſi αὑτοῦ.

P. 57. προσεκύνησέ τε — ὁ Ῥουφῖνος] Haec verba omittuntur in CT ob ὁμοιοτέλευτον in repetito Ῥουφῖνος. Vix monendum, me non voluiſſe cum Fabricio ſcribere προσεκύνησέν τε.

P. 57. ἔσχε] Sic CT, non ἔσχεν, ut Fabricius.

P. 57. ἐπαινίωμεν] CT ἐπαινίομεν. Sic ſupra p. 42. μετίομεν pro μετίωμεν. Perpetua confuſio temporum indicativi et coniunctivi. Syneſius Hymn. VI. 5.

Στεφανώσω σοφοῖς ἄνθεσιν ὕμνων.

Codex 1039. habet στεφανώσομεν, quod ſi facile mutemus in στεφανώσωμεν, verſum recte decurrentem legemus. Vltimos huius hymni verſus emendare nunc quid vetat?

Ἐν λαοῖς ἀγαθὰν ἄνοιγε φάμαν,
Πειθοῦς πραϋλόγου στέφ᾽ ἀώτῳ,
Ἵνα μοι νόος δρέπῃ σχολὰν ἀκύμων,
Μηδ᾽ ἐν ταῖς χθονίαις στένων μερίμναις,
Ἀλλ᾽ ἐκ σῶν ὀχετῶν ὑψιφορήτων
Ὠδῖσιν σοφίας νόον κατάρδω.

Tertium verſum dedi ex emendatione, quam propoſueram ad Philoſtr. Her. p. 327. Nunc in ſecundo Codex idem dat optime στέφων, in quarto στένων. Habet quoque πυθοῦς male, et πραϋλόγῳ, quod non eſt contemnendum, et ὠδῖσι.

Ἐν λαοῖς ἀγαθὰν ἄνοιγε φάμαν,
Πειθοῦς πραϋλόγῳ στέφων ἀώτῳ,
Ἵνα μοι νόος δρέπῃ σχολὰν ἀκύμων,
Μηδ᾽ ἐν χθονίαις στένω μερίμναις,
Ἀλλ᾽ ἐκ σῶν ὀχετῶν ὑψιφορήτων
Ὠδῖσιν σοφίας νόον κατάρδω.

Certe κατάρδειν νόον ὠδῖσι σοφίας dura eſt nimis et contorta translatio, et poſt ὀχετῶν quis non expectat ὕδασιν? Sed Syneſio vim inferebat lex pedaria, ut ſaepe poetas hodiernos *rhythmus* ad abſurda vel ridicula trahit.

P. 57. ἤδη προϊστορήσαντες] Sic T. In C ἤδη προϊστορήσοντες. Fabricius: ἤδη πως ἱστορήσαντες. LG ἤδη πως ἱστορήσοντες. Mox e Codicibus addidi τῷ ante τοιούτῳ.

P. 58. ἄλλου πρὸς ἄλλο] „Confer Plotinum p. 15.“ FABR. Plotinus Enn. I. lib. 2. 6. p. 15. δικαιοσύνη δὲ εἴπερ οἰκειοπραγία, ἆρα ἀεὶ ἐν πλήθει μερῶν; ἢ ἡ μὲν ἐν πλήθει, ὅταν πολλὰ ᾖ τὰ μέρη, ἡ δὲ ὅλως οἰκειοπραγία, κἂν ἑνὸς ᾖ. Ἡ γοῦν ἀληθὴς δικαιοσύνη ἑνὸς πρὸς αὐτὸ, ἐν ᾧ οὐκ ἄλλο, τὸ δὲ ἄλλο.

P. 58. τὸ πρὸς νοῦν καὶ θεὸν ἐνεργεῖν] Plotinus ibidem: τῇ ψυχῇ δικαιοσύνη ἡ μείζων τὸ πρὸς νοῦν ὀρέγειν.

P. 58. πόνων μόγις σχολάσας] Fabricius ἔργων. Sed Codices habent πόνων, quod repoſui. Dorvillius ad Char. p. 409. invenit πόνων μόλις in apographo Holſteniano, et T π. μόλις. C σχολάς. Mox ante σῶμα dedi τὸ cum Codicibus.

P. 58. ὡς ἀργίαν τινὰ τῆς ψυχῆς] Ex mente Pythagorae. Iamblichus V. Pyth. 25. p. 129. λέγει δὲ καὶ εἰς ἱερὸν εἰσιέναι δεῖν καθαρὸν ἱμάτιον ἔχοντα, καὶ ἐν ᾧ μὴ ἐγκεκοίμηταί τις· τὸν μὲν ὕπνον τῆς ἀργίας, καὶ τὸ μέλαν καὶ τὸ πυῤῥὸν, τὴν δὲ καθαρότητα τῆς περὶ τοὺς λογισμοὺς ἰσότητος καὶ δικαιοσύνης μαρτυρίαν ἀποδιδούς.

P. 58. καὶ οὔπω καιρὸς ἐκάλει τῶν εὐχῶν] Sic Codices, niſi quod LG habeant οὔπω. Fabricius ſcripſit, ne monito quidem lectore: καὶ ἕω πω καιρὸν ἐκάλ. Revocavi Codicum ſcripturam.

P. 58. ἐπὶ κλίνης ὢν] „Al. ἐπικλινής.“ FABR. Cap. 31. κειμένου αὐτοῦ ἐπὶ τῆς κλίνης. Nicetas Chon. p. 5 D. πρόσεισι τῷ ἀνδρὶ ἐπὶ κλίνης ἐῤῥιμμένῳ. Libanius Epiſt. 551. p. 268. ἡ δ' ἦν ἐπὶ κλίνης ἐν δεσμοῖς, καὶ βοώσης ἐκείνης ὑβρίζετο τὸ σῶμα. In Codice Pariſ. 3002. ἐκείνης omittitur, quod nemo deſideraverit. Mox pro ηὕρισκε, CT εὕρισκε, ut ſupra cap. 16.

P. 59. μεθ' ἡμέραν] Fabricius de more, μεθ' ἡμέρας: ſed Codices et Holſtenianum apographum Dorvillii ad Char. p. 409. μεθ' ἡμέραν. Confer ſupra p. 68.

P. 59. ἑπομένην] Haec eſt Codicum ſcriptura: Fabricius ἑπομένως.

P. 59. στροφὴ] Confer notata ſupra p. 111.

P. 59. ἀνέπαφος καὶ ἀπερίσπαστος διάθεσις] Fabricius, ἀπερίστατος. Reſtitui Codicum ſcripturam. Lyndenius de Panaetio p. 99. notavit, ἀπερισπάστως a Stoicis frequentari, quod firmatur Epicteteo indice in Schweighäuſeriana editione. Antoninus III. 6. μηδενὶ χώραν δίδου ἑτέρῳ, πρὸς ὃ ῥέψας ἅπαξ καὶ ἀποκλίνας, οὐκ ἔτι ἀπερισπάστως τὸ ἀγαθὸν ἐκεῖνο τὸ ἴδιον καὶ τὸ σὸν προτιμᾶν δυνήσῃ: ubi Gatakerus.

P. 59. ἀνδρείαν δὲ τὴν ξυνέριθον τ. προὐβάλλετο] Codices ἀνδρίαν, quod mutare debui, ut per totum librum ſcriptura conſtans eſſet: vide ſupra p. 71. Fabricius προβάλλετο: Codices emendatiorem ferunt lectionem. Et ſic ſcripſit Ruhnkenius noſtri locum adferens ad Timaei Συνέριθοι· συνεργοί. ubi vocem συνέριθος illuſtravit. Theophylactus Sim. ep. 24. τῆς τραγῳδίας συνέριθος ἔσομαι. Codex 3047. ἔσο μοι. quod non ſtatim amplectetur, qui leget epiſtolam, etſi dicat Theophylactus ep. 59. συνέριθος ἔσο μοι μεσημβρίας ὥρα, Κορίαννε. Hoc vocabulo delectatus fuit Theophylactus Q. Ph. p. 1. ὥσπερ ὁ παρὰ τῷ Λοκρῷ τῷ Εὐνόμῳ τῆς μελῳδίας τέττιξ συνέριθος. Ep. 83. τὴν Κρῆσσαν κύνα συνέριθον κέκτησο. Hiſt. p. 3 A. de λόγῳ: συνέριθός ἐστι τῆς φύσεως ἄριστος. Add. Wernsdorf. ad Himer. p. 719.

P. 59. τὴν ἀπάθειαν τοῦ πρὸς ὃ ἔβλεπε ζηλώσας, ἀπαθοῦς ὄντος ἐκείνου τὴν φύσιν] Ex CT ἔβλεπε pro ἔβλεπεν. Iidem κατὰ τὴν φ. Praepoſitione carere poſſumus, nec eam habet Plotinus. Plotinus Enn. I. 2. 6. ἡ δὲ ἀνδρία, ἀπάθεια καθ᾽ ὁμοίωσιν τοῦ πρὸς ὃ βλέπει, ἀπαθὲς ὂν τὴν φύσιν.

P. 59. κατὰ Πλωτῖνον] „Plotinus Enn. I. lib. 2. extremo." FABR. En Plotini verba: ὅλως ζῶν οὐχὶ τὸν ἀνθρώπου βίον τὸν τοῦ ἀγαθοῦ, ὃν ἀξιοῖ ἡ πολιτικὴ ἀρετὴ, ἀλλὰ τοῦτον μὲν καταλιπὼν, ἄλλον δὲ ἑλόμενος τὸν τῶν θεῶν· πρὸς γὰρ τούτους, οὐ πρὸς ἀνθρώπους ἀγαθοὺς ἡ ὁμοίωσις.

P. 60. τοιαύταις μὲν ἀρεταῖς συνεβίω] Codices ſic, non, ut Fabricius, ταύταις. — Athenaeus XII. 71. σχεδὸν ὀγδοήκοντα ἔτη τῷ φρονεῖν συνεβίωσεν. Plutarchus Cicer. §. 29. οὐκ ἄν τις ἄνδρα παιδείᾳ συμβεβιωκότα τοσαύτῃ προσεδόκησε. Philoſtratus H. p. 106. δημαγωγίᾳ τε ἐκ μειρακίου συμβεβηκότα: Baſtius meus coniicit aptiſſime συμβεβιωκότα. V. Addenda ad Gregor. Corinth. p. 924. et cf. Schaeferum ad eund. p. 1030. voce συμβιοῦν.

P. 60. τὰς τῶν ἀρχαιοτέρων ἐπεξιὼν πραγματείας] Forte ταῖς τ. ἀ. ἐ. πραγματείαις. Cap. 22. τοῖς τῶν παλαιοτέρων συγγράμμασιν ἐπεξιών. Cap. 23. ἐπεξιόντι ταῖς ἐκείνου πραγματείαις. Cap. 33. εἰ οὕτως ἐθέλοιμι πᾶσιν ἐπεξιέναι. Gregorius Nyſſ. vit. Gregor. Thaum. πᾶσιν ἐφεξῆς τοῖς παρ᾽ ἐκείνου θαύμασιν ἐπεξιέναι. Dio Chryſ. Or. LIII. p. 274. alio ſenſu de Homero: μοιχείας καὶ ἔριδας καὶ φιλονεικίας περὶ θεῶν ἐπεξιόντα: ubi Reiskius de huius verbi proprietate non recte dubitare videtur.

P. 60. διὰ τὸ μὴ φθῆναι] Sic CT. Fabricius μηδὲ φθάναι: et LG φθῆναι. Statim CT post ἔπεσι omittunt αὐτῷ.

P. 60. Δομνίνῳ] „De Domnino multa referunt Photius ac Suidas [in Δομνῖνος] e Damascio." FABRIC. Confer Biblioth. Graec. t. 3. p. 171.

P. 61. ἤτοι τὰ Ὀρφέως] Fabricius ἤτοι γὰρ τὰ Ὀρφ. In G ductus obscurissimi: aliquis, Gudius forte, superscripserat γὰρ, quod recepit Fabricius. Sed CT optimam habent lectionem, quam recepi. — Mox post ἐπειδὴ, CT obtulerunt δέ. — Deinde pro τὰ αὐτὰ, CT male τὰ αὐτῶν. Scripsi ex LGCT τοῦτό τε αὐτὸ, pro τοῦτο δὲ αὐτό. In CT pro αὐτὸ, legitur αὐτῇ, quod vix fuit notandum. — Mox T λαβὼν οὖν pro λ. δ' οὖν. Vides hic οὖν, post longam sententiae per incidentia intermissionem; qua de re scripsi nonnulla ad Eunapium p. 213. et infra cap. 32. aliud exemplum habemus.

P. 61. τοῖς τε εἰς Ὀρφέα αὐτοῦ — καὶ τοῖς Πορφυρίου καὶ Ἰαμβλίχου] CT sine τε. — „Suidas memorat Syriani et Procli commentarios in oracula et Orphei carmina. Porphyrii opus περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας laudant Eusebius, Augustinus, Firmicus, et alii [apud Holstenium Vit. Porph. c. 10.]. Porphyrium uti in aliis, ita hac quoque in parte secutus Iamblichus oracula illustravit [cf. Bibl. Gr. IV. c. 28. §. XI.], quem Psellus in expositione Dogmatum Chaldaïcorum [libro extremo] addit Porphyrio, Proclo, Plotino, qui, ut ait ille, λόγια haec, ὡς θείας φωνὰς, ἀσυλλογίστως ἐδέξαντο." FABR. — Mox τῶν ante Χαλδαίων obtulerunt Codices.

P. 61. λογίοις ἐντρεφόμενος] CT ἐνστρεφόμενος. — Themistius Or. XXI. p. 248 D. τὸν ἐκ μαγείρου τυχὸν ἴσως ἢ ἀρτοκόπου, ἐντεθραμμένον χοινικίοις τε καὶ κοτύλαις. Codex Valesianus pro κοτύλαις habet κονδύλοις.

P. 62. ὁ ἔνθους Ἰάμβλιχος ὑπ. θεουργικὰς ἀπεκάλεσεν] „Iamblichus tum in aliis scriptis deperditis, ut περὶ θεῶν, et in opere περὶ τῆς τελειοτάτης Χαλδαϊκῆς φιλοσοφίας, cuius librum XXVII. laudat Damascius περὶ ἀρχῶν [cfr. Bibl. Gr. IV. c. 28. §. XI.] MS. in Iohannea Bibl. Hamburgensi ex legato Holsteniano, tum in libro de Mysteriis Aegyptiorum, qui exstat, et in quem videndae notae Thomae Galei doctissimi Angli, ubi plura περὶ θεουργιῶν." FABR. Infra cap. 28. ἀρετὴ ἡ θεουργικὴ dicitur μείζων καὶ τελεωτέρα.

P. 62. συνελὼν] T συνελθών. — Mox τὰ ante μέγιστα ex CT.

P. 62. εἰς τὰ θεοπαράδοτα λόγια κατεβάλετο] T κατεβάλλετο. — Proclus in Cratyl. c. 107. αἱ δὲ θεοπαράδοτοι φῆμαι. Pfellus in Orac. p. 70. εἰσὶν ὀνόματα παρ' ἑκάστοις ἔθνεσι θεοπαράδοτα, δύναμιν ἐν ταῖς τελεταῖς ἄῤῥητον ἔχοντα. — Mox CT alio ordine: ἔτεσι συμπληρώσας αὐτά.

P. 62. προαγορεύειν] Fabricius προαγορεύων. CT προσαγορεύειν. G προαγορεύειν, quod recepi. Infinitivus in hac locutione unice probus eft, ficque alibi nofter. Cap. 28. ἔδοξε γὰρ ὄναρ λέγειν· — κεκραγὼς ἐδόκει λέγειν ταῦτα. Cap. 30. ἐδόκει γὰρ τῷ φιλοσόφῳ ὄναρ φοιτᾷν. Cap. 32. ἐδόκει οἱ ὁ θεὸς ὄναρ ἐπιφοιτᾷν.

P. 62. ὁ μέγας Πλούταρχος] „Plutarchus Athenienfis, „de quo fupra cap. 12.“ FABR. — T fine ὁ.

P. 63. συγκειμένων] Sic GCT, non, ut Fabricius, συγκείμενος.

P. 63. Ἐβίω] Sic fcripfi ex Codicibus pro συνεβίω Fabricii.

P. 63. ἔμπροσθεν] „Supra p. 8.“ FABR. Cap. 3.

P. 63. τὰ δὲ πέντε οὐκ ἔτι ἐῤῥωμένως] T τὰ δὲ καὶ ἔτη οὐκ ἔτι ἐῤῥωμένος. Et Dorvillius ad Char. p. 606. ἔτη putabat excidiffe; fed hac voce carere poffumus. C ἐῤῥωμένος.

P. 63. περιχυμάτων] Verfio Fabriciana, *laboribus*, quod mutare debui. Περιχύματα funt crebrae ablutiones, quibus utebatur fuperftitiofus philofophus: confer cap. 18.

P. 63. παρεῖσθαι] Confer fupra p. 110.

P. 63. ἑταίροις συνεγίγνετο] Codices et Fabricius ἑτέροις: fed ἑταίροις Fabricius malebat, cum verterit *amicis*. De hac frequentiffima permutatione vide fupra p. 69. — T συνεγίνετο, qui et mox in eadem voce eamdem habet varietatem.

P. 64. περὶ τὰς ἐξ. Ἡγίας] CT ἐπί. — „Damafcius „de Hegia [apud Suidam]: ἔτι μὴν μειράκιον γεγονὼς ἐλ„πίδας ἔσχεν ἐφ' ἑαυτῷ, καὶ πᾶσι παρέσχεν, ὡς οὐ πολὺ „ἀπολειπόμενος τοῦ μεγάλου Πλουτάρχου. Τοιγαροῦν ὁ „Πρόκλος ἠξίωσεν αὐτὸν ἔτι νέον ὄντα τῆς τῶν Χαλδαϊκῶν „λογίων ἀκροάσεως. Φιλομαθία γάρ τις αὐτῷ καὶ ἐπιείκεια „(forte ἐπηκοΐα) προσῆν κατὰ φύσιν.“ FABR. — Mox addidi τῶν poft πασῶν ex Codicibus.

P. 64. τῆς ἀπὸ Σόλωνος χρυσῆς ὄντως τοῦ γένους σειρᾶς] Fabricius τῆς ἀπολωλότος, participium huius formae iungens cum σειρᾶς, et vertens *catenae quae iam pridem*

oculis hominum ſe ſubduxit. Haec negligentia in tanto viro mira eſt ſupra modum. G quo utebatur, LCT ἀπὸ Σόλωνος diſerte. — „Eunapius de Porphyrio [p. 9.]: ὁ „δὲ Πορφύριος ὥσπερ Ἑρμαϊκή τις σειρὰ καὶ πρὸς ἀνθρώ- „πους ἐπινεύουσα διὰ ποικίλης παιδείας: ad quem locum „plura annotavimus [quae utinam haberemus!]. Dama- „ſcius apud Photium [p. 1057.]: δεδιὼς δ' ὁ Πρόκλος „περὶ τῇ Πλάτωνος χρυσῇ τῷ ὄντι σειρᾷ, μὴ ἡμῖν ἀπολίπῃ „τὴν πόλιν τῆς Ἀθηνᾶς." FABR. Marinus ad Hegiae familiam et a Solone deductam originem tranſtulit vocem σειρὰν, qua Platonici ſenſu philoſophico utuntur de propagatis ad nos usque continuo nexu Deorum influxibus. Confer Iacobſium ad Anthol. 10. p. 277. Noſter infra cap. 28. narrat, Proclum perſpicue vidiſſe, ὅτι τῆς Ἑρμαϊκῆς εἴη σειρᾶς. Quaere Procli locos in commentario ad Cratyl. c. 25.

P. 65. κατὰ πῆχυν] „Vt alibi, ita hic etiam imitatus „Damaſcius in vita Iſidori [p. 1057.]: οὐ γὰρ ἐπιδιδόναι „ῥαδίως οὐδὲ ἦν αὔξεσθαι κατὰ πῆχυν, ὥσπερ Θεόδωρος ὁ „Ἀσιναῖος ηὐξήθη ὑπὸ τῷ Πορφυρίῳ. Perperam Andreas „Schottus vir doctus vertit *ad amuſſim proficere*." FABR. Zoſimus IV. 41. παντὸς δὲ τρυφῆς καὶ ἀκολασίας εἴδους κατὰ πῆχυν (τὸ λεγόμενον) ἐφ' ἑκάστης ἐπιδιδόντος. Eunapius p. 53. πήχεσι δὲ ἐπὶ πᾶσαν σοφίαν αὐξόμενος. Suidas: κατὰ πῆχυν ἐπεδίδου· ἐπὶ τῶν ἐπὶ τὰ κρείττω προκοπτόντων. „ὁ δὲ φιλόσοφος ἀνεμπόδιστος εἰς ἐπίδοσιν διε- „τέλει, καὶ ἐπεδίδου κατὰ πῆχυν, ὡς φάναι, ἀτεχνῶς ἄχρι „τοῦ πανοικίου δυστυχήματος." Recepi Toupii coniecturam πανοικίου pro πανικοῦ: praeterea crediderim ſcribendum, ὡς φάναι ἀτεχνῶς, ἄχρι. Confer Iunium adag. 4. 30. — Mox ἢ ante μὲν addidi e Codicibus.

P. 65. πλείω τε] Addidi τε ex Codicibus.

P. 66. μετὰ ἀπειλῆς] Sic Codices. Fabricius μετ' ἀπ. L μετὰ ἀπηλῆς. — Mox pro ἐπινοῶν maluerim vel ἐπινοῶ, vel ἐπενόουν. — Dein Codices πεισθέντος, non Fabricii πειθέντος.

P. 66. καὶ ἐγένετο εἰς Ὀρφέα αὐτοῦ σχόλια]. LG κ. ἐγ. καὶ. LCT bene αὐτοῦ, non αὐτῷ, quod Fabricius habuit forte e G. — „Hoc eſt quod Suidas inter Procli ſcripta „laudat εἰς τὴν Ὀρφέως θεολογίαν. Paſſim vero Proclus, „tum in editis, tum in ἀνεκδότοις commentariis ſuis, „Orphicos verſus et oracula laudat atque illuſtrat, et „plurimum ſe illis tribuere ubique oſtendit." FABR.

P. 67. ἀρετὴν] G ἀρίστην, unde Fabricius edidit ἀρίστης. Reposui ἀρετὴν ex CT. — Mox τελεωτέραν pro τ.λ.ιοτέραν dedi ex GCT.

P. 67. ἕστατο] Sic G. Fabricius ἔστατο. L ἵστατο. CT ἵστατο. — Mox pro καταθάτερος Fabricii scripsi κατὰ θάτερον ex CT et margine Fabriciano. GL καταθάτερον.

P. 67. τῶν ἐν τοῖς θείοις διττῶν ἰδιωμάτων ἕζη] Fabricius ἕξη. „Al. ἔφη vel ἕζη: et paulo ante κατὰ θάτερον." FABR. CT ἕζη. — „Divinarum autem proprietatum, „quas duplices esse hic ait Marinus, genus alterum est, „quibus natura Deorum ipsa in se absolvitur, et quarum „contemplatione sapientes delectantur ac perficiuntur: „alterum genus est earum quae ex Diis manant in infe„riora, quarumque participatione Theurgi etiam ipsi „θεοπάτορες fieri possunt et θεουργεῖν alios." FABR.

P. 67. ἐτίθετο] Sic Codices. Fabricius ἔθετο.

P. 67. συστάσεσι] Haec vox lucem accipiet ex his Olympiodori ad Phaedonem p. 289. Fischeri: Ἐν τοῖς ἱεροῖς ἡγοῦντο μὲν αἱ πάνδημοι καθάρσεις, εἶτα ἐπὶ ταύταις αἱ ἀποῤῥητότεραι, μετὰ ταύτας συστάσεις, καὶ ἐπὶ ταύταις μυήσεις, ἐν τέλει δὲ ἐποπτεῖαι.

P. 67. στροφάλοις] Sic GCT. L στροφάλαις. Fabricius edidit στροφάλιγξι, et vertit *verborum involucris*, additque hanc notulam: „Sic passim appellantur in Oracu„lis Chaldaïcis plenae mysterii voces de Diis et rebus „divinis." Mutatio non erat necessaria, aliusque esse videtur vocis sensus. Oraculum Chaldaïcum: Ἐνέργει περὶ τὸν Ἑκατινὸν στρόφαλον: ubi Psellus p. 74. Ἑκατινὸς στρόφαλος σφαῖρά ἐστι χρυσῆ, μέσον σάπφειρον περικλείουσα, διὰ ταυρείου στρεφομένη ἱμάντος, δι' ὅλης αὐτῆς ἔχουσα χαρακτῆρας· ἣν δὴ στρέφοντες ἐποιοῦντο τὰς ἐπικλήσεις, καὶ τὰ τοιαῦτα καλεῖν εἰώθασιν ἴυγγας, εἴτε σφαιρικὸν εἶχον, εἴτε τρίγωνον, εἴτε καὶ ὅ τι (Codex 2832. εἴτε ἄλλο τι) σχῆμα. Confer Nicephorum ad Synes. p. 364 A. Suidas: Στροφάλιγξ, ἡ συστροφή· καὶ „στροφάλιγγι." Quod exemplum sumptum videtur ex Oraculo quod recitat Proclus in Cratylum c. 52.

P. 67. ἐκφωνήσεις] „Pronuntiandi et exprimendi mo„dum." FABR. Intelligendum videtur de nominibus illis barbaris quae Oraculum mutari vetat: ὀνόματα βάρβαρα μή ποτ' ἀλλάξῃς: ubi Psellus p. 70. τουτέστιν, εἰσὶν ὀνόματα παρ' ἑκάστοις ἔθνεσι θεοπαράδοτα δύναμιν ἐν ταῖς τελεταῖς ἄῤῥητον ἔχοντα. Inter haec nomina Psellus recenset Σε-

ραφεὶμ, Χερουβεὶμ, Μιχαὴλ, Γαβριὴλ. Adde Nicephorum ad Synef. p. 364 A.

P. 68. Ἀσκληπιγενείας] Confer Fabricii prolegomena.

P. 68. Νεστορίου τοῦ μεγάλου] Sic dedi e Codicibus: Fabricius male τὰ μεγάλα.

P. 68. θεουργικὴ ἀγωγὴ] „De hac ἀγωγῇ videtur egiſſe „Proclus in libris duobus περὶ ἀγωγῆς, quos inter eius „ſcripta commemorat Suidas, et interpretes perperam „reddunt *de educatione*. In eodem opere videtur etiam „Proclus mentionem feciſſe ſuae ἐποπτείας, quod mox „memorat Marinus: ut forte ἐν ἰδίῳ συγγράμματι poſſit „verti, *in ſingulari opere de hoc argumento*." FABR.

P. 68. Πρὸ δὲ τούτων] Sic LG. In CT πρὸ τούτων δέ. Fabricius πρὸς δὲ τ. quod verterat *praeterea*. — Mox CT Χαλδαίοις.

P. 68. αὐτοπτουμένοις] Sic recte GCT pro Fabriciano αὐτοπτοουμένοις.

P. 68. ἴυγγά τινα πρ. κινήσας] „De iynge videndus „praeter alios Nicephorus ad Syneſium de inſomniis p. „360. 361. [363.]. Iulianum quoque Theurgum Chal„daeum et Arnuphin Aegyptium imbres vi magica dedu„xiſſe auctor eſt Suidas [in Ἰουλιανὸς ὁ τοῦ.]. Sed de „θαυμασίοις huius generis plura erit dicendi locus in „Syntagmate de vita, philoſophia ac ſcriptis Empedoclis „Pythagoraei, qui dictus ἀλεξάνεμος, quod ſimili artificio „ventos compeſcere et in officio continere poſſet." FABR. Vide locum Pſelli ſupra adlatum ad στροφάλοις, et Priceum ad Apol. Apul. p. 87.

P. 69. Φυλακτήριά τε σεισμῶν] „Simile fuit τέλεσμα „ſive capſula magica Ablacconis, qua poſita Antiochiam „ab eruptionibus fluminis Parmenii et incurſionibus bar„barorum liberam ſervatam refert Iohannes Malelas libro „10. [p. 301.] Chronographiae." FABR. Hoc loco uſus eſt tunc inedito Lambecius ad Codin. num. 7. p. 139. et illum illuſtrat.

P. 69. ἐπειράθη] Codices habent ἐπειράθη. Fabricius ἐπειράσθη.

P. 69. περί τε τῆς αὑτοῦ λήξεως στίχους ἐξέβαλεν] Scripſi αὑτοῦ pro αὐτοῦ. T male λέξεως. Vocem λῆξις latine ſic vertit Auſonius Moſ. 80.:

„— — *haud ille ſinit, cui cura ſecundae*
„*Sortis, et aequorei ceſſit tutela tridentis.*"

Pro Fabriciano ἐξέλαβεν, CT ἐξέβαλεν, quod recepi. Nondum cognita hac lectione, cogitaveram de reponendo

verbo in his proprio ἐξέλακεν, eamque coniecturam propoſui ad Eunapium p. 189. ubi et verſionem Fabricianam correxi. Cum ἐξέβαλεν poteſt conferri ἔῤῥιψεν Euripideum in his verſibus apud Stobaeum t. 2. Heer. p. 336. 4.

Ὁ πρῶτος εἰπὼν, οὐκ ἀγυμνάστῳ φρενὶ
ἔῤῥιψεν, ὅστις τόνδ᾽ ἐκαίνισεν λόγον,
ὡς τοῖσιν εὐφρονοῦσι συμμαχεῖ Τύχη.

Euripides Iph. T. 976.

ἐντεῦθεν αὐδὴν τρίποδος ἐκ χρυσοῦ λαβὼν
Φοῖβος.

Coniecerunt viri docti λακών. Sed forte lectio Codicis, qui in hoc Noſtri loco dedit ἐξέβαλεν, Euripidis corrigendi modum praebet, legendumque βαλών. Conferri poteſt locutio non rara ῥίπτειν λόγους.

P. 69. ποτάσκεται] CT ποτάσκετο.

P. 69. πυρισμαράγου θιασείης] Fabricius πυρισφαράγου θεασείης. Codices omnes πυρισμαράγου, quod repoſui. Fabricius e coniectura ſcripſit θεασείης. LG habent θείας εἴης. CT ἴης tantum. Quod dedi θιασείης, vox eſt alibi a Proclo uſurpata H. in Solem 21.

σῆς δ᾽ ἀπὸ μειλιχόδωρος ἀλεξικάκου θιασείης
Παιήων βλάστησε.

P. 70. πνείουσα] Scripſi cum Codicibus pro πνεύουσα Fabricianae. — Mox CT νόος ἀμπετάσας. Dedi ex GCT πυρσοέλικτος pro πυρσοέλικτον Fabricii. Verſu ſequenti Fabricius ſcripſit ἀθανάτων: ſed reſtituere debui Codicum lectionem ἀθανάτης, obſcuriorem quidem, ſed non ob id minus certam. Nam in his myſticis effatis obſcuritas et abſurditas ſunt prima et neceſſaria elementa.

P. 70. τῆς Ἑρμαϊκῆς εἴη σειρᾶς] Fabricius εἶναι. Codices obtulerunt εἴη. De σειρᾷ confer ſupra p. 121.

P. 70. Νικομάχου] „Nicomachi intellige Geraſeni, in „cuius Iſagogen Arithmeticam ſcripſit alius quidam Pro„clus Laodicenus Hierophanta, ſi credimus Suidae. Non „mirum autem hoc in philoſopho Platonico et Pythago„rico, quod philoſophi celebris pridem defuncti animam „ſibi contigiſſe ſomniavit, et ſomnianti ſibi credidit. Quis „vero non miretur Hieronymum Cardanum ita de ſe „ſcribentem Dialogo de morte: „*Negare non poteris, quin* „*pars materiae* (corporis noſtri) *ex pluribus portionibus* „*conſtet, ita ut in me, exempli gratia, pars ſit alia Ga*„*leni, alia pars Iri, alia Themiſonis, atque alia Maximi* „*Planudis. Illi ergo, velis nolisve, ex parte reſurrexerunt*

„*in nobis. Sed quae confusio? At quanto dignius divina* „*sapientia eosdem plene post aliquot secula redire?*" FABRIC.

P. 71. *ἄν τις ἔχοι*] C *ἔχει*. T *ἔχω*. — Mox *ἐνεργήματα* post *θεουργικὰ* omiserat Fabricius.

P. 71. *Ἑνὸς δὲ ἄλλου*] Dicitur *εἷς ἄλλος*, ut *εἷς τις*. Porphyrius V. Plot. *οὗτος, ἔφη, ἐστὶν ὁ κεκλοφώς, δείξας ἕνα τινά*. Lucianus Lapith. 34. *τοσούτων γοῦν φιλοσόφων παρόντων οὐδὲ κατὰ τύχην ἕνα τινὰ ἔξω ἁμαρτήματος ἦν ἰδεῖν· ἀλλ' οἱ μὲν ἐποίουν αἰσχρά, οἵδ'* (Rectius Codex 1041. *οἱ δὲ*) *ἔλεγον αἴσχιω*. Longus II. p. 47. Sch. *εἷς δέ τις καὶ κυνόδεσμον ἀράμενος*. Musaeus 64.

εἷς δέ τις Ἡροῦς
ὀφθαλμὸς γελόων ἑκατὸν Χαρίτεσσι τεθήλει.

Adde Aesopum viri doctissimi Furiae f. 53. 56. 65. 127. Synesius dixit *εἷς μηδείς*: de Regno p. 3 D. *κἀγώ σοι σύμφημι μέγεθος ἀρχῆς ἑνὶ μηδενὶ τοσόνδε παρεῖναι.*

P. 71. *Ἀσκληπιγένεια — Πλουτάρχης*] CT *Πλουτάρχου*. „Haec Asclepigenia filia fuit Asclepigeniae Plutarchae, si„ve Plutarchi filiae, de qua capite superiore mentio, et „Archiadae, qui Plutarchi *ἔκγονος* supra p. 29. [c. 12.] „dicitur, hoc est gener, ut ad illum locum notavimus." FABR.

P. 71. *πατρᾶσι*] Confer supra p. 75.

P. 71. *ἰάσασθαι ἀδυνάτῳ*] Philostratus Her. p. 4. *θάλαττα οὐ ῥαδία πλεῦσαι*: ubi Scholium: *πλευσθῆναι*. In nota subiecta huic loco illam infinitivi sensu passivo capiendi rationem illustravi. Confer Gailium V. Cl. ad Thucyd. I. c. 42. p. 49. Dio Chrys. Or. XIII. p. 422. *ἄτοπόν τινα χρησμὸν καὶ οὐ ῥᾴδιον συμβαλεῖν*. Sophocles Phil.

οἰκτρὰ γὰρ βόσκειν.

P. 71. *ὀδυνηρῶς*] Fabricius *ὀδυνηρός*. Restitui scripturam Codicum. Mox *ὥσπερ ἦν εἰκὸς* addidi ex Codicibus et Holsteniano Dorvillii ad Char. p. 413. Pro *ἀπογινωσκόντων* scripsi *ἀπογιγν*. ex C.

P. 72. *ἐπὶ τὴν ἐσχάτην ἄγκυραν*] „Erasmus [I. 1. 24.] „in Proverb. *sacram anchoram solvere.*" FABR.

P. 72. *ἐπὶ σωτῆρα*] „Quemadmodum Dii [cf. Reines. „Inscript. p. 29.] et in his Aesculapius [ut mox apud No„strum: vid. Spanhem. ad Aristophan. Plut. 1176.], tum „reges, principes, ac medici [verbi gratia apud Aristaen. „I. 13.], ita omnes evergetae quique rebus afflictis opem „ferunt, passim veteribus audiunt *σωτῆρες*. Vide illustris „Spanhemii diss. V. de praestantia et usu numismatum,

„ac Steph. Lemonii notas ad Varia Sacra p. 127. Idem „p. 132., ut hoc in transcursu observem, affert Andreae „Mulleri Greifenhagii observationem de agnomine Iosephi „Ψοντομφανὲχ, quod ab Hieronymo scriptum est Aegy„ptiaca lingua sonare *servatorem mundi*. Hanc qui ex„penderit, facile praeferet musteis hariolationibus Gu„lielmi Bonjourii, quas nuper vulgavit in dissertatione de „nomine Iosephi, Romae edita.“ FABR.

P. 72. λιπαρήσας] C λιπαρήσασα. — σπεύδοντα dedi e LCT. Fabricius συνείδοντα barbare, et vertit *cuius conditio eidem perspecta erat*, in errorem ductus obscuris sui G ductibus, e quibus Schaeferus eliciebat ἐνεύδοντα, et annotabat: „Satis nota medicina per „incubationem. Vide Wesseling. ad Diod. Sic. t. 1. p. „63. et 390. idem et Valckenaer. ad Herodot. p. 683.“ Haec coniectura digna est viri praestantissimi eruditione, sed illa possumus carere, cum σπεύδοντα opportune obtulerint Codices caeteri, et in hoc ipso G perspicua sunt τοῦ σπεύδοντα rudimenta. — CT transponunt εὔχεσθαι ante ἠξίου.

P. 72. Περικλέα] „Pericles Lydus Philosophus Stoicus.“ FABR. Vide Biblioth. Graec. t. 3. p. 570. Proclus Theol. Platon. I. 1. init. librum nuncupat Pericli cuidam: ὦ φίλων ἐμοὶ φίλτατε Περίκλεις.

P. 73. Εὐχομένου δὲ] Particulam addidi ex CT.

P. 73. ἀρχαιότερον τρόπον] „Verbis precum conceptis, „quae a Diis ipsis monstrata non dubitabant maioris esse „ponderis quam preces αὐτομάτους. Vide Galeum ad „Iamblichum de mysteriis p. 198. 199.“ FABR.

P. 73. ῥεῖα] „Receptissima inter philosophos senten„tia, non modo posse Deum facere quaecumque velit, „sed et posse facile. Sic Linus apud Iamblichum de vita „Pythag. p. 131. [c. 139. p. 118.]:

„Ῥάδια πάντα θεῷ τελέσαι καὶ ἀνήνυτον οὐδέν.

„Illa autem tantum per preces a Diis impetrare se posse „sperabant, quae non essent fati immutabilis. Sic de Bra„chmanis legas apud Damascium [Phot. p. 1041.], quod „soliti precibus suis καταπράττειν ὄμβρους τε καὶ ἀνομβρίας „καὶ λιμῶν καὶ λοιμῶν ἀποδιώξεις ἄλλων τε κακῶν ἀποτρο„πάς, ὅσα μὴ ἀνίατον ἔχει τὴν εἱμαρμένην. Ad haec itaque „referendus morbus puellae nondum μορσίμης.“ FABR. Proclus tamen H. in Solem v. 45. Dei auxilium petit etiam adversus mala quae a fato veniant:

Ὄλβον δ' ἀστυφέλικτον ἀπ' εὐσεβίης ἐρατεινῆς,
εἴκε θέλῃς, δὸς, ἄναξ· δύνασαι γὰρ ἅπαντα τελέσσαι
ῥηϊδίως, κρατερὴν ὅς ἔχεις καὶ ἀπείριτον ἀλκήν.
εἰ δέ τι μοιριδίοισιν ἑλιξοπόροισιν ἀτράκτοις
ἀστεροδινήτοις ὑπὸ νήμασιν οὐλοὸν ἄμμιν
ἔρχεται, αὐτὸς ἔρυκε τεῇ μεγάλῃ τόδε ῥιπῇ.

P. 73. ὥστε θεὸς] De ὥστε pro ὥσπερ vide ad Longum p. 333. Schaeferum, qui in Marino ὥστε non facile feret. In Longo I. p. 7. ὥστε ὑπὸ τῆς οἷος παρευδοκιμηθῆναι δεδοικυῖα reliquit intactum vir egregius, qui ſplendidam curavit huius mythiſtoris editionem, quam excudit anno 1802. P. Didotus typographus celeberrimus. Villoiſoni coniecturam ὥσπερ, iam a Schaefero receptam, recepit et Courerius vir graece doctiſſimus in luculenta omniumque integerrima ſua Longi editione: notandum tamen optimos, quibus uſus eſt, Codices, Florentinum et Vaticanum, habere ὥστε.

P. 73. ἐβάδιζε] Fabricius ἐβάδισεν: ſed GLC ἐβάδιζεν. T ἐβάδιζε, quod praetuli.

P. 73. λελυμένην] CT λελησμένην.

P. 74. εὐτυχήμασιν] „Marinus ſupra p. 4. [c. 2.] dixe„rat, Proclum bonis fortunae undique affluxiſſe et abun„daſſe, cui adde quod Photius ex Damaſcio refert p. „536. [p. 1057.] reditus ſcholae, cui Proclus praefuit, ex „variis legatis non mediocriter auctos fuiſſe, ita ut ſum„ma mille amplius numûm, hoc eſt thalerorum, inde „quotannis philoſophus fuerit ditior.“ FABR.

P. 74. ὁ πατὴρ — ὁ προπάτωρ] „*Pater*, non qui ge„nuerat, ſed qui inſtituerat: et *avus* pro magiſtro prae„ceptoris. vide Theophilum Raynaudum de ſacra pater„nitate T. XI. opp.“ FABR. — Mox ante αὐτὸς ſuſtuli καὶ, quod non habent Codices.

P. 74. ἀπὸ Σοφοκλέους] „Pauſanias lib. I. Atticorum „cap. 21. meminit imaginis Sophoclis in theatro Athenis „collocatae, et mox eodem capite agit de vicina aede „Aeſculapii. Sophoclis paeanem in Aſclepium Athenis „cantari ſolitum memorat Philoſtratus lib. 3. cap. 5. [cap. „17. p. 109.] de vita Apollonii. Idem Pauſanias cap. 20. „τοῦ Διονύσου δέ ἐστι πρὸς τῷ θεάτρῳ τὸ ἀρχαιότατον „ἱερόν. De Acropoli agit cap. 26. cui adde Meurſii Ce„cropiam.“ FABR.

P. 75. αἵρεσις] „Vide ſupra p. 6.“ FABR. — Mox ἐδήλωσεν ſcripſi pro ἐδήλωσε, ſecutus Codices.

P. 75. ἐν Παρθενῶνι] „Templum Minervae Athenis „ab Ictino Architecto circa Periclis tempora exſtructum, „teſte Pauſania in Atticis et Arcadicis.“ FABR.

P. 75. ὑπὸ τῶν καὶ τὰ ἀκίνητα κινούντων] Addidi καὶ ex Codicibus. Scholium in C: τοὺς Χριστιανοὺς ἡμᾶς δοκῶν μοι αἰνίττεσθαι. „Chriſtianos perſtringit, a quibus „etiam templum Aeſculapii everſum paulo ante innuerat. „Caeterum Minervam Proclo imaginem ſuam commen„daſſe eadem fide a Marino ſcribitur, qua Zoſimus lib. 5. „tradit Alaricum Athenas occupaturum deterritum eſſe „viſa Minerva armata muros urbis obambulante, et „Achille ſtante ante moenia: quam fabellam explodit „Meurſius in Fortuna Attica cap. ult. et Baronius ad An. „C. 395.“ FABR. Proverbium fuit τὰ ἀκίνητα κινεῖν, de quo vide Eraſmum I. 6. 61. et H. Stephanum Sched. I. 22. Locutio eſt Platonica. Cf. Heindorfium ad Platon. Theaet. p. 419. et Schol. Platon. p. 238. Porphyrius de Abſt. I. 4. φασὶν οἱ ἀντιλέγοντες τὴν δικαιοσύνην συγχεῖσθαι καὶ τὰ ἀκίνητα κινεῖσθαι. Confer locum Syneſii ſupra p. 102. e Codice depromptum.

P. 76. ὡς χρὴ] Dedi ὡς pro ὅτι, parens Codicibus. — Mox pro προπαρασκευάζειν CΓ παρασκ.

P. 76. ἐπιφάνεια τοῦ θεοῦ] Cap. 32. Deus Adrotenorum εὐμενῶς αὐτὸν ἐδεξιοῦτο ταῖς ἐπιφανείαις. — δαιμονιωτέρα ἦν ἡ ἐπιφάνεια.

P. 76. ἀφ' ἧς] „Scilicet ἐπιφανείας.“ FABR. Immo κεφαλῆς. A capite morbus fecerat initium. Pronominis relatio eſt omnino obvia. Similis pronominis explicatio in ipſo Sopatri textu, proleg. ad Ariſtid. col. 3. non erat recipienda: πέμψαντος τοῦ Ἀντωνίνου, ἦλθε λέγων ὅτι, διὰ τοῦτο οὐκ ἀπήντησα, ὅτι ἐγὼ οὐ δέομαι ὧν οἱ ἄλλοι δέονται, ἀντὶ τῶν χρημάτων. Deleo prorſus tria haec poſteriora verba, ad marginem adpoſita a ſedulo lectore, qui ὧν ſibi explicabat, et ad marginem reiicienda. Tentabo ſimiliter Demoſthenem in Epitaphio §. 1. εἰδυῖα (ἡ πόλις) . . . . . τῆς ἀρετῆς καὶ τῶν ἐπαίνων πᾶσαν τὴν ἐπιθυμίαν οὖσαν, ἐξ ὧν ταῦτ' ἂν αὐτοῖς μάλιστα γένοιτο λόγων, τούτοις ᾠήθησαν δεῖν αὐτοὺς τιμᾶν. Et hic credo λόγων eſſe eliminandum, utpote gloſſema pronominis ὧν.

P. 76. ἀνακωχῆς τινὸς] Confer Pierſonum ad Moerin p. 86.

P. 76. τέλεον] Fabricius edidit τέλος. Debui reponere τέλεον, quod habent GCT. E Laurentiano nihil enotatum.

P. 77. μνήμης ἄξια] Pro μνήμης, Codicum lectione, Fabricius scripsit, errore procul dubio calami, μέντοι. Dorvillius ad Char. p. 604. vel μνήμης proponebat pro μέντοι, vel, retento μέντοι, μέντοι μνήμης.

